Kp
4201

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0004-7

3
20

THEODORI KRETSCHMANNI

SERENISSIMI DVCIS SAXO-COBVRG-SALFELD. ET SERENISSIMI PRINCIPIS SCWARTZBVRGO-RVDOLST. COMMISSIONVM SECRETARII, AVLAE ET REGIMINIS ADVOCATI

# COMMENTATIO IVRIDICA

DE

# STVPRO VOLVNTARIO.

P 4425
Kp
4201

STVTTGARDIAE

MDCCLXXXXI.

KOENIG FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0005-3

VIRO

ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET IVRIVM CONSVLTISSIMO

DOMINO

ANDREAS IOSEPH SCHNAVBERT

I. V. D.

SERENISSIMI DVCIS SAXON. VINAR. ISENAC. CONSILIARIO AVL. ET IN ALMA IENEN. ACAD. PROFESSORI PVBL. ORDINARIO

PATRONO SVO MAXIMOPERE COLENDO

HANCCE COMMENTATIONEM SACRAM ESSE IVSSIT

AVTOR.

Der Buchbinder ſchneide dieſes Blat ab, und heffte es hinter das Tittelblat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0007-4

# INSTITVTI RATIO.

Deliberanti mihi de argumento, quod diſſertationi inaugurali eſſet aptum et accommodatum, qua aditum ad ſummos in utroque jure honores mihi pararem, multa mihi veniebant in mentem, de quibus quid ſit electu dignum diu haerebam. Mox vero ad germanorum leges et conſuetudines ſtuprum voluntarium concernentes, propter innumerabilia ſacrificia quae illis in meo quidem tractu quotidie offeruntur, eram attentiſſimus. Et ſumma cum moeſtitia expertus, illas, quamquam a fanatismo, deſpotismo morali et politico, coecoque religionis fervore, ut et principum commodo ſuam trahant originem, tamen ut ſanctorum reliquias coli; ſtatim mecum conſtitui de eorum ineptia eo libentius diſſerere, quo minus ſocietatis civilis contractui conveniant et quo certius populationem impediant, majoraque iis, quae prohibent delicta, gignant. Me quidem non fugit multos jamjam doctores hoc argu-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0009-9

mentum tractaſſe *a*) imo etiam varios principes iſtas leges reformaſſe, *b*) ita ut parum omnino ſit, quod ei illuſtrande meo ingenio addere poſſem. Sed mihi ſatis eſt, ea quae ab aliis didici, juſto aptoque ordine expoſuiſſe. Quare et ſpero, futurum eſſe, ut lectores aequi hunc laborem meum boni conſulant, erroribusque meis, ſi qui forſan irrepſerint ignoſcant et indulgeant.

*a*) Von Strafen unehlicher Schwaengerungen, beſonders von den dieſsfalls gebraeuchlichen Zwangscopulationen, nach Grundſaezzen der Billigkeit und des geſunden Menſchenverſtandes erwogen von *Iohann Iacob Cella*, Beamten auf dem Lande. Erlangen 1783.

Deſſelben Antwort auf eines Ungenannten Gedanken über meine Abhandlung von Strafen unehlicher Schwaengerungen beſonders von den dieſsfalls gebraeuchlichen Zwangscopulationen. Anſpach 1784.

Deſſelben Abhandlung über Verbrechen und Strafen in Unzuchtsfaellen. Zweybrükken und Leipzig 1784.

Vier Zugaben zu der im Iahre 1782. von der oekonomiſchen Geſellſchaft zu Bern gekroenten Schrift von *Hans Ernſt* von *Globig* und *Iohann Georg Huſter*. Altenburg 1785.

Eine Antwort auf die Preiſsfrage, welches ſind die beſten und ausführbarſten Mittel den Kindermord Einhalt zu thun durch *Ludewig* von *Heſs*, Schloetzers Briefwechſel 9ter Theil, 5I Heft S. 198.

Von

Von *Soden* Geiſt der teutſchen Kriminal - Geſezze. Deſſau 1783.

Syſtem des Rechts der Natur auf bürgerliche Geſellſchaften, Geſezgebung und das Voelkerrecht angewandt. Braunſchweig 1790.

Polly Bakker oder das amerikaniſche Maedchen vor ſeinen Richtern. Hannover 1782.

b) Koeniglich - Preuſiſche Verordnung vom 8ten Februar 1765. wegen Abſchaffung der Hurenſtraffen.

Herzogl. Weimar- und Eiſenachiſche Verordnungen d. d. 15 May 1786. et 13 Iun. 1786. huic commentationi adjecta.

§. 2.

Ita vero de ſtupro voluntario diſſerendum eſſe putavi, ut ante omnia in ejus naturam inquirerem, illaque explorata, quid cum aliis, uti dicimus delictis carnis habeat commune, monſtrarem, deinde evolutis variorum populorum codicibus, pro virium mearum imbecillitate, criminis ſtupri, ſi ita exprimere licet, hiſtoriam narrarem, leges et conſuetudines huc pertinentes ſecundum juris publici univerſalis et politicae principia examinarem, denique nonnulla de ſtupri iudicio civili adderem, eaque omnia in variis ſectionibus peragerem.

## SEXCTIO I.
## DE NATVRA STVPRI VOLVNTARII.

§. 3.

Olim omnes conjunctiones illicitae ſtupri vocabulo latiſſime ſumto, continebantur. Hodie *ſtuprum voluntarium eſt coitus naturae conveniens, maris ſoluti cum foemina ſoluta, extranea, eaque pro honeſta habita, mutuo conſenſu conſumatus*. Quae quidem definitio, cum varias involvat notiones, hae praeprimis erunt explicandae.

§. 4.

*Coitus* nempe *conſumatus* dicitur corporum commixtio maris cum foemina, cumque immiſſione aut certe applicatione penis virilis ad vaginae orificium uteri, ſeminisque virilis effuſione atque alicujus certe partis ſeminis virilis effuſi, vel cujuspiam animalculi ſeminalis in ipſam uteri mulieris vaginam immiſſione. *a*)

*a*) Gerſtlacher tractatus medico legalis de ſtupro. Erlangae 1772. Sect. I. §. V.

§. 5.

Apparet hancce coitus definitionem in tantum a ſententia quorundam ICtorum eſſe diverſam, qui coitum tantummodo corporum commixtione, qua penis virilis in uteri immittitur vaginam, ſemen emittitur et in vas muliebre infun-

infunditur, putant perfectum. Tantum autem abeſt, ut communi fere medicorum ſententia, penis virilis immiſſio in uteri vaginam muliebris ad coitus perfecti eſſentiam ſit neceſſaria, ut potius foemina ex maſculo poſſit concipere, pene in vaginam uteri ex toto non immiſſo. Propterea jam jam quod penis virilis ad orificium uteri applicatio, ſeminisque in carnali corporum commixtione emiſſio, atque ejusdem in vaginam uteri mulieris immiſſio, coitum conſtituat perfectum, mihi eſt viſum.

§. 6.

Quae cum ita ſint, prono ut aiunt alveo ſequitur, omnem coitum eſſe imperfectum, in quo ſemen virile, in uteri mulieris non immittitur vaginam, et in quo penis licet virilis in ipſam penetraverit vaginam, emiſſum tamen ſemen non eſt, eo vel ante intruſionem penis, vel poſt ejusdem retractionem extra vaginam, effuſo, ita ut nihil ex ſemine virili in vas infundatur muliebre Coitus ergo imperfectus tum quoque adeſt, ſi quis per nefas foeminae libidinoſe incubuit corpori, et pene ſuo illius quidem admoto naturalibus, ſemen tamen non niſi partibus aſperſit exterioribus, ſimilique ratione, coitus qui ſtando fit, niſi quid ſeminis in uteri vaginam ſit immiſſum, eſt imperfectus. Nonnulli doctores non immiſſio-

ſionem ſeminis, ſed penis tantum intruſionem ad conſumatum requirunt ſtuprum. His vero recte contradicit Weſtphal *a)* inquiens: Man muſs bey den eigentlichen Handlungen der Wolluſt, den Kriminalpunkt und die Privatſatisfaction der Frauensperſon nebſt der Ernaehrung des Kindes unterſcheiden. Nur bey jener wird die Immiſſion zu weiterer Vnterſuchung gezogen, in der leztern Abſicht iſt es genug, wenn es zum Beyſchlaf gekommen.

*a)* Weſtphal Criminalrecht. Leipzig 1785. Anmerkung 63.

§. 7.

Omnis itaque maris et foeminae ſtupri committendi conatus, recte dicitur *ſtuprum attentatum*. Foemina ergo quae oſculum tactumve paſſa eſt, et mas qui ut viam ſibi pararet ad libandam honeſtae foeminae pudicitiam, hujus oſculatus eſt mala, et tetigit genitalia, attentaſſe ſtuprum non immerito judicantur.

§. 8.

*Solutae perſonae* nomine venit omnis, quae matrimonii vinculo eſt libera, ſive fuerit olim in connubio, ſive nunquam connubium inierit.

§. 9.

*Extraneae perſonae* vocantur quae in gradu conſanguinitatis aut affinitatis coitum prohibente, non exiſtunt.

§. 10.

*Virgo* eſt puella quae corpus ſuum cum maris corpore nondum miſcuit. Vidua autem eſt foemina viro nupta, morte eo orbata.

§. 11.

Puella aut vidua aut etiam foemina divortio ſoluta ex ore ICtorum dicuntur honeſtae, quarum vitae praeſumitur integritas, quae propatulae vitio pudicitiae infames non ſunt, aut certe eo nomine nondum condemnatae. Tanta vero eſt hujus praeſumtionis vis ac poteſtas, ut adeo violatae pudicitiae ſuſpicio, nota cum maribus familiaritas, frequentior cum juvenibus conſuetudo, in foro haud minuat puellarum viduarumve honeſtatem. Jmo ſi quando contrectationes mammarum naturalium impudicas, ac oscula, puellae viduaeve maribus vel permiſiſſent, vel ipſe virginitatis flos jam eſſet ereptus, vel eas etiam cum uno alterove rem habuiſſe conſtet, nihilominus tam diu in judicio pro honeſtis declarantur, quam diu propatulae vitio pudicitiae nondum ſint infames, eoque condemnatae nomine.

§. 12.

Ad ſtuprum voluntarium praecipue requiritur conſenſus ex utraque parte. Liquet igitur omne ſtuprum abire in non voluntarium, quod deficiente conſenſu unius alteriusve partis eſt commiſſum. An vero viri a muliere invitati et ad coitum ſollicitati, vel foeminae ſingularibus technis et perſuaſionibus a ſtupratore ſeductae, ſtupri voluntarii accuſari poſſent, adhuc ſub judice lis eſt. Quod quidem attinet ad me, ſemper ſententiae affirmativae album adjicerem calculum, ſi quidem ſollicitationes et perſuaſiones unius partis, diſſenſum alterius neutiquam excludant.

§. 13.

Itaque non quaevis puellae vel viduae reſiſtentia ſtuprum reddit involuntarium. Manebit ſtuprum voluntarium, licet ſtuprata diſſenſum ſimulans ſtupratori quodammodo repugnaſſet.

§. 14.

His praemiſſis mox ſtupri voluntarii et aliorum carnis delictorum fines regere poſſumus. Stuprum nempe ſe diſtinguit voluntarium, a nuda *defloratione*, quae eſt coitus quo mas puellae virginitatem eripit ac pudicitiam. Miſſa inter virginitatem materialem et formalem diſtinctione, hoc duntaxat notamus, deflorationem quidem coitu imper-

perfecto, ſed non niſi cum virgine, ſtuprum vero non niſi coitu perfecto ſed cum foemina jamjam deflorata poſſe perfici.

§. 15.

Ex definitione ſtupri voluntarii porro fluit, coitum ſponſi cum ſponſa, minime eſſe ſtuprum. Sit enim, praeproperum ſine benedictione ſacerdotali coitum jure Canonico nominari ſtuprum, attamen ſi quis carnaliter cognoverit eam, cui matrimonium promiſſit, ſtuprum vere non committitur, licet ſponſa inito matrimonio primo aut ſecundo menſe jam peperiſſet, aut ob mortem unius deſponſati benedictio ſacerdotalis non eſſet ſequuta. Sponſalia enim conſtituunt matrimonium inchoatum et ſponſa non amplius eſt ſoluta. Exinde ſimul poteſt perſpici, etiam coitum ſoluti cum ſponſa vel ſponſi cum ſoluta neutiquam eſſe ſtuprum.

§. 16.

*Fornicatio* eſt coitus cum meretrice ſcienter factus. Meretrix autem eſt quae ſe proſtituit paſſim petentes admittendo vel quaeſtus vel libidinis gratia. Differentia igitur inter ſtuprum voluntarium et fornicationem in eo conſiſtit, ut ſtuprum cum foemina honeſta, fornicatio autem cum meretrice peragatur. Minime vero is dici poteſt fornicator, qui eam, cum qua miſcuit corpus, meretricem

eſſe haud novit, qui potius ſe cum honeſte vivente rem habere putavit. Nam ad eſſentiam fornicationis poſtulatur ſcientia.

§. 17.

*Concubinatus* eſt ſoluti et ſolutae conjunctio ſine ſollennitatibus a legibus ad matrimonium perficiendum praeſcriptis facta, coitu conſumata. *Conjunctio* autem viri et mulieris eſt ſocietas miſcendi corporis gratia inita. Stuprum igitur voluntarium a concubinatu diſtingiutur hac ſocietate.

§. 18.

*Stuprum* non *voluntarium* tum adeſt, ſi in una alterave parte conſenſus abeſt, vel ſaltem abeſſe praeſumitur. Omnia vero ſtupra furioſae, mente captae, dormienti, puellae impuberi, infantia majori absque vi illata, coitusque dolo cum perſona in errore invincibili conſtituta, peractus ex ore ICtorum dicuntur non voluntaria. Differentia igitur inter ſtuprum voluntarium et non voluntarium per ſe patet.

§. 19.

Attamen confinia inter ſtuprum voluntarium et non voluntarium ſaepius ſunt ita occulta, ut non niſi ſumma adhibita cautione animadvertantur. Accidit, quod furioſi interdum dilucida habeant intervalla. Stuprum igitur in tali

tali dilucido intervallo commiſſum omnino abit in ſtuprum voluntarium, ſi vis deſit. Diſputant ICti et Medici, an foeminae dormienti ſtuprum poſſit inferri, ut plane non expergiſcat? Plurimi affirmant, omnes autem difficile creditu eſſe ſtatuunt. Et omnino ex veriori ſententia quaeſtio erit neganda, niſi ſopor datus ſit et foemina dolo malo fuerit inebriata. *a*)

*a*) *Hallers* Vorleſungen über die gerichtl. Arzneywiſſenſchaft. B. I. Cap. IV.

§. 20.

Vt ſtuprum in impuberem commiſſum, an ſit voluntarium nec ne? rite poſſit dijudicari, praeprimis ſciendum eſt, quando puer et puella pubeſcant et quando rationis ac voluntatis fiant participes.

Anno aetatis quarto et decimo puer nuces relinquere et pubes fieri creditur, puella vero annis aetatis ſuae duobus et decem pro pube habetur ac nubili, nam in puellis plerumque natura anticipat, et in earundem perficiendis praecocior eſt quam in puerorum corporibus. Receptum eſt, vt infans anno ſeptimo uſum rationis et ita quoque voluntatem conſequatur, quamquam animae facultates neutiquam ex certo annorum numero licet metiri, praecipue cum liberorum educatio in citiori vel tardiori humani intellectus maturitate maximam habeat vim, ita ut ſaepiſſi-

me infans ſexennis hominem octodecim annorum voluntate antecedat. Si itaque mas puellam impubem vel ſtuprare attentaſſet, vel revera ſtupraſſet, ſtuprum quidem commiſit in impubem, non ſemper vero involuntarium. Appropinquatio enim ad pubertatem in puellis hiſce impubibus atque immaturis ex earum corporis naturaliumque conſtitutione perfectiori, verus earum conſenſus in ſtuprum a ſtupratore ſibi illatum, magis ex vivacitate ingenii et judicii diſcretione quam ex annorum numero aeſtimandus eſt.

§. 21.

Cum praeterea ſtuprum a puero impubere cum puella impube non praeſumatur conſumatum, hi in regula non committunt verum ſtuprum, quamquam voluntas in vtraque parte adfuiſſet. (§. 3. 4.)

§. 22.

Ceteroquin eſt mera ſubtilitas juridica, puellam mente captam in ſtuprum haud conſentire poſſe, eaque plane rei naturae contraria. Tantum enim abeſt, ut notiones clarae ad huncce conſenſum requirantur, ut potius externi ſenſus ad explendum naturae inſtinctum ſufficiant.

§. 23.

Illud vero ſtuprum involuntarium quod adhibita vi in perſonam committitur, in violentum abit ſtuprum. Secun-

cundum mentem Art. 119. C. C. C. ſupponit imperator in ſtupro violento honeſtam (unverleumdete) perſonam. Iure autem ſaxonico etiam is qui meretricem vi ſubigit pro ſtupratore violento recte habetur. *a*) Facile interea diſtinctio inter ſtuprum voluntarium et violentum percipi poteſt.

*a*) I. G. S. Lib. III. art. 46. Conſt. Elect. xxx. P. IV.

§. 24.

Stuprum violentum et raptus ex ſententia Boehmeri in ſuis meditationibus ad C. C. C. parum convenienter criminibus carnis intermiſcentur, cum potius vis publicae ſpeciebus accenſeri poſſe videantur. At cum Meiſterus in principiis juris criminalis rectiſſime judicet, crimen praecipue raptus, interdum ſine omni adhibita vi poſſe intelligi, nunquam vero ſine intentione libidinis explendae: non potui non, hujus mentionem hic facere. Eſt autem *raptus abductio de loco in locum perſonae voluntati ipſius vel eorum quorum poteſtati ſubeſt, adverſa animo libidinem explendi facta.* Cum vero et C. C. C. Art. 118. et plurimi doctores etiam in raptu ſupponant perſonam honeſtam, mihi liceat aliquid extra oleas vagari. In meretricem nimirum aeque ac in perſonam honeſtam crimen raptus committi poſſe exinde ſatis abundeque patebit. Exploratum enim eſt, et omni caret dubio, abductionem perſonae de

loco

loco in locum, tunc demum in crimen raptus abire poſſe, ſi illa absque voluntate perſonae abductae et animo libidinem explendi eſt facta. Pone igitur, quendam juvenem ita meretricem aliquam in ſinu habere et deliciis, ut nihil ſupra, meretricem vero eum male odiſſe, imo nullas perſuaſiones illius mutare poſſe mentem adverſam, rapta nunc a juvene meretrice, quis eſt, qui dubitet, illum verum raptus crimen admiſiſſe. Non enim honeſtas perſonae, ſed abductio voluntati adverſa et animus libidinem explendi conſtituunt crimen raptus, et hoc ſtabilito ſtuprum voluntarium a raptu facile potes ſecernere.

§. 25.

*Inceſtus* eſt coitus inter perſonas ob veram conſanguinitatem vel affinitatem jungi vetitas. Conſanguinitas et affinitas conſtituunt igitur differentiam ſpecificam inter ſtuprum voluntarium et inceſtum. Miſſa jam dudum opinione erronea, exiſtere legem divinam univerſalem, ſuperfluum erit, notare, jus naturae noſſe nullum inceſtum.

§. 25.

*Sodomia* tandem eſt omnis libidinis extinctio, quae fit alia via quam natura monſtrat, cum ſtuprum voluntarium coitum naturae convenientem involvat.

§. 27.

§. 27.

Qua ratione coitum in ſtupro obvenientem voluntario non appellavi illicitum, infra paullo uberius explicaturus ſum.

## SECTIO II.

## HISTORIA CRIMINIS STVPRI VOLVNTARII.

§. 28.

Venus docuit jungi cum pare quemque ſua. In ſtatu extraſociali, ubi generatim non fiebant delicta, etiam delictum ſtupri erat incognitum. Inceſtus, fornicatio, concubinatus et omnia carnis delicta ita nominata, a ſocietate civili ſunt inventa. Quae vero antiquiores quidam et recentiores populi, de ſtupro voluntario in legibus ſanciere, nos eorum hiſtoria docebit, anſamque dabit ſtabilire quid de hoc crimine nunc ſtatuendum ſit.

§. 29.

In Ebraeorum republica quam primo contueri licet, ſtuprum voluntarium neque legibus vetitum, neque poena plexum fuiſſe. Orientis clima Ebraeos aliis occidentalibus et ſeptemtrionalibus populis citius puberes fecit. Ideo-

que Polygamia, Concubinatus, ut et ſtuprum non facile poterant prohiberi. Stuprator quidem ſtupratam in uxorem ducere erat obligatus, ſed cave credas hasce nuptias fuiſſe poenam. Polygamia enim erat uſu introducta, marito erat magna in uxorem poteſtas; civilis iſte ordo, qui apud nos originem dedit connubiis inaequalibus et exinde non raro matrimonium ſtupratoris cum ſtuprata difficile reddit, exulabat ab illis: Immo regis filia facile longe humiliori nubere poterat. Moribus porro Ebraeorum uxor erat legitima dote acquirenda et ſic quaſi emenda, quae emtio venditio traditione virginis et dotis ſolutione perficiebatur. *a*) Praepollens patria poteſtas omnino poſtulabat conſenſum patris in nuptias liberorum et is accepto pretio a marito erat loco venditoris. Mirum itaque non eſt, ſi ſtuprator patri ſtupratae, pretium ſolvere teneretur, ſive is jus ſuum in filiam ceſſerit, nec ne. Nam cum patri invito filiam eripere eſſet nefas, ſtupratorem patri ſtupratae, et deficiente matrimonio eo magis ſolvere oportebat, quo certius pretium quod ex filiae venditione ſperare poterat, valde erat imminutum, ſi non penitus ereptum.

*a*) Michaelis moſaiſches Recht. 2 Theil pag. 113.

§. 30.

§. 30.

Mos vero Ebraeorum et conſuetudo, vi cujus et fratres, ſuas ſorores ſtupratas multum contemnebant, praecipue in maſculorum Zelotypia, non in virginum defloratione eſt quaerenda.

§. 31.

Sola pontificis filia et vidua, ſi ſtuprum eſſent paſſae, igni puniebantur *a*) propterea quod pontificis filia, ſtupro officium patris ignominia afficeret, et vidua Leviratus jus perfringeret. Leviratus jus autem in eo conſiſtit, ut quisque fratris ſuae viduam in uxorem ducere obligaretur, quamquam ex hoc matrimonio primogenitus fratri defuncto adſcriberetur, ejusque lucraretur hereditatem. Fratre vero recuſante hoc connubium, vel eo plane non exiſtente, affines ad connubium iſtud lege vocabantur *b*).

*a*) Michaelis moſaiſches Recht, 5ter Theil §. 268.
*b*) Derſelbe, Theil 2. §. 98. id. Theil 5. §. 269.

§. 32.

Vidimus ſtuprum profecto poenae non fuiſſe ſubjectum. Sed hoc tantum modo, de hoc caſu eſt intelligendum, ſi ſtuprata ſtatim deflorationem paſſam parentibus denunciabat, ut ſtuprator ad connubium poſſet cogi, neutiquam vero de eo caſu, ſi illa velata defloratione matrimonium inierit, et maritus virginitatis ſigna fruſtra quaeſierit,

rit, tunc enim lapidibus obruebatur. Simili ratione coitus cum menſtruata capite puniebatur, non propter reatum, ſed propter hujus peſſimam in ſanitatem vim.

§. 33.

Aliis quidem Orientis antiquiſſimis populis ſtuprum adeo erat actio religioſa. Phoenices, Babylonii et Aſyrii, ſtatuebant, ut virgines quaecunque virginitatis florem Veneri ſacrificarent, cujus templum ita inſtituebant, ut peregrini virginibus quae ad illud peregrinationes ſacras dulcesque obirent, pro ſumma pecuniae florem rapere et jucundiſſimis frui poſſent fructibus.

a) Herodotus Lib I. Cap. 199.

§. 34.

Variarum Inſularum Indiae orientalis, praecipue Mulaccae Tunquinae Incolae fugiunt ſocietates familiarium, et inſtinctum libidinis ſicuti cetera animalia explent. a)

a) Sonnerats Beſchreibung etc. T. II. pag. 83.

§. 35.

Graeci fornicatione permiſſa, ſtupri quidem publicarunt poenam. Sed cum patria poteſtas, apud illos permagni haberetur uxorumque emtio eſſet introducta, mirum non eſt, quod lex Athenienſium interdum, puellarum liberarum ſtupratores, morte mulctare jubeat. Attamen Graecorum

Zelo-

Zelotypia erga pueros et virgines forſan hujus legis eſt coauctor. Et quis ignorat, Graecos Veneri (πάνδημον) divinitatem dediſſe, imo meretricibus permiſiſſe in ipſius templo unumquemque admittere *a*).

*a*) Potter archaeologia graeca. T. I. pag. 73.

§. 36.

Romanis legibus vetuſtis temporibus nulla poena prodita erat, qua afficerentur corruptores. Sub regibus enim, quo tempore Romani civitatem vix fundavere, legislationem non ad talia extendere poterant objecta, quae ad augenda ſubditorum originaria bona eſſent idonea. Omni ex parte legislatio videbatur abſoluta prohibitis actionibus civitatem immediate laedentibus, reliqua privatorum curae et praecipue patriae poteſtati relinquebant. Vix igitur ſanctiſſimis moribus, pudicitiae ſtudio, virginum ſimplicitati vel earum purpureo pudori poenae defectum adſcribere licebit. Omnibus quibuscunque temporibus homines utriusque ſexus ad libidinis expletionem erant proclives. Patria poteſtas potiusquae in ſtatu barbariei, quo Romani ſub regibus adhuc exiſtebant, ita erat immenſa, ut cum illa liberorum caſtigatio non ſolum, ſed et vis vendendi et occidendi viderentur conjuncta, hujusmodi legis defectum produxit. Stupro igitur voluntario jura patriae poteſtatis diminui putabatur, filia ſtuprata vero patri pu-

nienda relinquebatur. Nihil e contra de ſtupratoris poena iſtis temporibus obtinente invenire potui.

§. 37.

Cum mutata reipublicae romanae forma ſubſequutoque regifugio Legibus XII. tabularum patria poteſtas ne minimum quidem mutaretur, facile eſt perſpectu, etiam ſub libera republica nullam ſtupri poenam publicam potuiſſe ſtatui, quippe huic coercendo rigida patris poteſtas ſat valida erat.

§. 38.

Lege ſcatinia lata, et cenſoribus inſtitutis, his quidem temporibus ſtupris ingenuorum occurſum teſteque Livio *a*). Quintum Fabium Gurgitem conſulis filium aliquot matronas a populo ſtupri damnatas pecunia mulctaſſe, etiam matronas ſtupri damnatas, pecunia mulctatas fuiſſe videtur. Sed quod attinet ad legem ſcatiniam, haec duntaxat ſtuprum cum pueris prohibuit, uti *Chriſt b*) abunde probavit. Jlla poena vero quam Livius meminit, non erat poena ſtupri, ſed uti ex Tacito *c*) et Heineccio *d*) apparet, Q. Fabius illas poenas ideo ad populum detulit, quod turpitudinem antea non profeſſae erant. Erat nempe neceſſe, ut qui venalem habebant pudicitiam, apud aediles licentiam ſtupri profiterentur; Quod ſi id omiſerat foemina, aedili-

um

um erat, illam deferre ad populum mulctaque vel exilio coercere.

*a*) Libro X.

*b*) Hiſtoria Legis ſcatiniae antiquorum codicum teſtimoniis emendandis illuſtrandis paſſim diſtincta. Halae 1722.

Hic, verba legis ſic reſtitui poſſe cenſet: *Si quis ingenuum puerum ſtupraverit, aut adpellaverit de ſtupro, aut ea cauſſa comites corruperit: nomen ejus ad populum deſertor: poena decem milium eſto.*

*c*) Annales. 2. C. 85.

*d*) Antiquit. L. 4. T. 18. §. 53.

## §. 39.

Sequuta ſunt tempora illa, quibus cum Romani inimicas quidem gentes ſemetipſos autem vincere, amplius non valerent, flagitia quaelibet, ac maxime turpiſſimae libidines, per urbem graſſari coeperunt, ſub praetextu ſacrorum *Bachanalium*. Oriebantur haec omnia ex quaeſita cum peregrinis iisque opulentiſſimis populis conſuetudine, et ex creſcente cultura.

## §. 40.

Acceſſerunt ſaecula Mariana, Cinnana, Syllanaque, ubi conjux conjugi fidem nec ſervabat ullam, nec exigebat quidem, digitoque veluti praetereuntium oſtendebantur, qui non ſubterfugerent matrimonii onera, nec diuturnis amo-

amoribus brevem libidinem anteferrent. Vero ſimile quidem, illa periodo ſanctiones prodiiſſe quae impudicitiam immodicam cohibuerint et praecipue Lex Servilia a. P. Servilio rogata, Sulla dictatore a. u. 672. hic refertur. Sed cum certo definiri non poſſit, quid ea lege ſancitum, obſcurum manet, an in ſpecie ſtupris ea oppoſita fuerit.

§. 41.

Trahente tandem rerum ſummam ad ſe Auguſto cum ob diuturna civilia bella, multasque caedes eo tempore factas urbem civibus deſtitutam, intelligeret, aerarium vero ob ingentes ſumtus exhauſtum, mederi cogitavit iſtius modi malis per Leges Iuliam et Papiam Popaeam. *a*) Sed cum variis excuſationibus plures Principis inania redderent conſilia, novam legem de adulteriis neceſſariam duxit; *b*) ſpem vero quam forte ex hac rogatione conceperat Auguſtus, eventus ita deſtituit, ut ipſe cogeretur Iulias, filiam et neptem omnibus probris contaminatas non ſine moerore aſpicere et relegare. *c*) Brevi poſt tempore quaſi freno nullo injecto adulteriorum rurſus adolevit ſeges. Id effecit, ut Lex Iulia de adulteriis ſub Tiberio, Claudio, Nerone, Domitiano, quo imperante adulteria ita erant frequentia, ut ad illa libris Platonis quibus uxorum communio commendatur, quorumque lectioni tunc temporis romanae foeminae vacabant, adeo invitarentur, variis fatis

et mutationibus ſubjiceretur, *d*) Domitianus praecipue reſtituto Cenſorum perpetuorum munere, reuocata obliterata fere Auguſti lege de pudicitia, vetitaque epheborum et recens natorum exſectione ſurdis narrabat fabulam, *e*) ſimiliter Hadrianum, Conſtantinum, Juſtinianum, aliosque qui diverſo modo Auguſti legem vel auxerunt vel temperarunt, pudicitiae reditum haud obtinuiſſe, eſt compertum. *f*.)

*a*) Heineccius ad legem Pap. Pop. Lipſiae 1778.

*b*) Hoffmann ad L. Iul, de adult. Francof ad Viad. 1732. in Fellenberg Iurisprudentia antiqu. Bernae 1760. Tom. I. n. IV.

*c*) Sueton. in Auguſtum C. 65.

*d*) Epicteti fragmentum, Serm. 38.

*e*) Sueton. in Domitianum.

*f*) Seneca de Beneficiis, Libr. I. Cap. 10.

§. 42.

Videtur autem jure romano id obtinuiſſe, ut, quae uxores jure eſſe non poterant, in eis ſtuprum non vindicaretur, exceptis Veſtalibus. Hinc cenſebatur nec ſtuprum in meretricem, nec in mulierem cauponariam aeſtui potantium expoſitam, nec in eam, quae exercebat ludicras artes, vel quae ſcenam operam dabat, nec in damnatam publico judicio, nec in ancillas, nec in libertas, quas ante L. Juliam de maritandis ordinibus quilibet ingenuus ducere uxo-

res prohibebatur cavere poſſe, quod vero poſtremum ab Auguſto eſt immutatum.

*a*) Hoffmann l. c. C. 4.

§. 43.

Quod attinet ad mulieres cauponarias, Conſtantinus juſſit, ut in iis, quae eſſent cauponarum dominae, adulterium et ſtuprum impune non fieret. Immunitas vero libidinis explendae relinquitur in famulabus, quae vina miniſtrarent et ſponte in ſtuprum conſentirent. *a*).

*a*) L. 1. Cod. Theod. de adult. L. 29. C. ad L. Iul. de adult.

§. 44.

Quod vero ad damnatam publico judicio ſpectat, de ea ſolummodo, quae vere erat criminis convicta et damnata, id eſt intelligendum *a*).

*a*) L. 43. ff. de ritu nuptiarum.

§. 45.

Tandem quoad ancillas, his ſi utatur dominus, cenſetur uti re ſua, ſi alius, quia id domino praejudicium adferre poteſt, plures huic competebant actiones vel Legis Aquiliae, vel injuriarum, vel de Servo corrupto *a*). Ex quibus patet, ancillas accuſari non poſſe ob ſtuprum ſibi illatum; ſervos autem poſſe accuſari, ſi cum libera auſi fuerint exercere libidinem. Quam differentiam apparet propriam

priam fuiſſe juris, quod ſibi conſtituerunt Romani, qui perperam exiſtimabant, ex mancipio et vili plebe nullam poſſe naſci foeminam, in quam, ſi liber homo peccaret, publica animadverſione dignum eſſet crimen. Fortaſſe etiam exinde derivanda eſt cauſa, cur apud Romanos tuta quaedam Venus eſſet, multaque furta hujus generis permitterentur.

*a*) L. 6. π. ad L. Jul. de adult. L. 25. π. de injur. L. 2. §. 5. de privat. delict.

§. 46.

Ad poenam quod attinet, ſtuprator honeſtae conditionis plectebatur dimidiae partis publicatione bonorum, vilioris vero corpore quoque luebat et in inſulam relegabatur. *a*) Quae poena augebatur vel ob frequentiam criminis, vel ob fraudes et fallaces perſuaſiones adhibitas. *b*) Augebatur quoque, ſi tutor, vel alius, qui in fidem curamve ſuam peculiariter virginem ejusque defenſionem recepit, eidem virgini pudicitiae florem eriperet; *c*) ſi ſervus rem haberet cum filia aut ſorore domini; *d*) ſi ſtuprum committeretur cum immatura, quo interdum ad concipiendum inhabilis reddebatur. *e*)

*a*) L. I de publ. jud. cui rei non adverſari Paulum in L. 1. ult. §. 11. de extraord. crim. oſtendit Matthaeus L. 5. n. 8.

*b*) L. 1. §. ult. π. de extraord. crim.

c) L. un. Cod. ſi quis eam, cujus tutor fuerit etc.

d) L. un. Cod. de mulier. quae ſe prop. ſerv. junx.

e) L. 38. π. de poenis §. qui nond.

§. 47.

Unam eandemque L. Juliam de adulteriis et ſtupro ac legem de pudicitia fuiſſe non duas diverſas, uti putavit Auguſtinus, aperte deducitur ex Codice, *a*) ubi legi de pudicitia tribuitur hoc ipſum, quod in Pandectis *b*) Legi Iuliae de adulteriis. Quae quidem lex etiam de ſtupro fuit nuncupata, quia ſtupri nomine latiſſime ſumto olim comprehendebantur, tum quaevis famae dignitatisque nota, tum omnis turpitudo corporis, hoc eſt omnia libidinum genera, commixtionesque ſive cum virgine, ſive cum vidua, ſive cum puero. Unde etiam in Lege Julia ſtuprum et adulterium abuſive et promiſcue appellari inquit Papinianus. *c*)

a) L. 9. C. ad L. Jul. adult.

b) L. 37. π. de minor.

c) L. 6. 7. 1. π. ad L. Jul. de adult.

§. 48.

Hinc facile poteſt concludi, ſub poena adulterii etiam ſtupri poenam contineri et aenigma ſolvi, an nempe L. Julia foeminas etiam, quibus haud invitis virginitas erepta, puniverit. Per ſe quidem patet, non univerſam adulterii poenam, quae eſt dotis dimidiae et bonorum tertiae partis

tis

tis privatio, nec non relegatio in inſulam ſtupratae poſſe infligi, nam innupta nondum eſt dotata. Quid obſtabat vero, quin ſtupratae relegatione et tertiae bonorum partis publicatione punirentur. Adde Ulpiani ſententiam, vi cujus feminae omnino ſtupri reae factae, ejusdem damnatus non ſolum, ſed etiam legis Iuliae capita ad ſtuprum applicari potuiſſent, *a*) et ſtatim erit in aprico, a quibusnam poenae adulterae partibus fuiſſe ſtupratas immunes.

*a*) L. 29. § 1. π. ad L. Jul. de adult. Balſer de poena ſtupri. Gieſae 1736.

## §. 49.

Tametſi autem ſtuprum voluntarium crimen eſſet extraordinarium, et poena publica vindicaretur *a*) — tametſi criminis hujus damnatae infamia notarentur et ad teſtimonium perhibendum eſſent in habiles *b*) tamen patriae poteſtati erat datum, ſtupratorem in filia domi ſuae deprehenſum impune occidere *d*) non attento, utrum nupta an innupta vel vidua fuerit filia cum patri fas fuerit, filiam, quam in poteſtate habebat, inficere. *e*)

*a*) L. 1. π. de publicis judiciis.

*b*) L. 2. π. de teſtibus L. 20. π. §. 6. qui teſt. fac. L. 18. et 20. de teſt.

*c*) L. 20. et 23. π. ad L. Jul. de adult.

*d*) L. 20. π. ad L. Jul. de adult.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0035-9

§. 50.

Salutariter vero ac ſapienter leges ſimul ſtatuere, quod ſi pater filiae parceret, occiſo ſtupratore, legis Corneliae de ſicariis reus fieret, et tanquam homicida plecteretur *a)* nam hac ratione non raro patris vindicta fuit debilitata.

*a)* L. 7. II. ad L. I. de adult. L. 13. §. 6. a. l. Icti adulterium ſaepe pro ſtupro dicunt. Balſer l. cit.

§. 51.

Expoſitis jam Romanorum variis temporibus uſitatis conſuetudinibus, ad noſtrates properamus. Tacitus affirmat: informem terris, aſperam coelo, triſtem cultu aſpectuque Germaniam, — Germanum ipſum vero aſpero ſub coelo aeternis in beſtias aeque ac gentes vicinas bellis occupatum, horridisque ſylvis incluſum fuiſſe, armis innaſci, et innutriri; Mores igitur Germanorum aſperos atque incultos fuiſſe, facile poſſumus perſpicere; praeſertim ſi nobis perſuadeamus, quam magna ſit coeli vis in hominum animos et ingenia, eaque recordamur, quae acutiſſimus Kantius *a)* in ſua humani generis hiſtoria tam praeclare docuit.

*a)* Kant muthmaſsl. Geſchichte der Menſchheit. Berliner Monatsſchrift Ianuar 1786.

§. 52.

Quod quidem coelum, ſub quo vitam degebant Germani, ſane fuit cauſa, Venerem fuiſſe ſeram, et libidinum non magnas illecebras, carnis delicta infrequentiſſima. Huic vero adderem, quod juvenis abſentibus politicis impedimentis, quae nos retinent a conjugio, relictis nucibus ſocietatem conjugalem inire potuerit. Stupra vere nulla, adulteria valde rara, raptus virginum vero iſtis temporibus uſitatos fuiſſe, ex Tacito aliisque documentis ſatis abundeque conſtat.

§. 53.

Uxores majoribus erant ſicut Ebraeis emendae. Intelligitur virginitate ſtupro amiſſa pretium defloratae valde fuiſſe imminutum. Inde erat conſuetudinis, ut ſtupratores, exſoluta juſtae pecuniae quantitate, damnum resarcirent parentibus ex eo laeſis, quod filia vendendo minus apta facta fuiſſet.

§. 54.

Minime vero poenae rationem habuiſſe id, quod ſatisfactionis nomine eſt ſolutum, quis eſt, qui dubitet. Inde ſimul concludo olim apud Germanos neque maſculis neque foeminis ullam ſtupri poenam inflictam, et non niſi in adulteras poenas ſtatutas fuiſſe. Volunt quidem nonnulli, poenam, qua ſtuprata antiquitiſſimis temporibus plectebatur,

eam

eam fuiſſe, ut coeno ac palude injecta inſuper crate mergeretur, ad Tacitum provocantes, qui narrat: Ignavos et imbelles et corpore infames coeno ac palude injecta inſuper crate mergunt. Sed mihi minus probata eſt opinio, cum non ſit in aprico, quinam corpore fuerint infames. Sunt, qui vocant eos corpore infames, qui ob nimium cibi ac potus uſum corpus ita corruperint, ut amplius bello gerendo non eſſent idonei; ſunt, qui virgines ſtuprum perpaſſas cenſent infames; ſunt denique, qui ſub infamibus comprehendunt inita pugna foede terga vertendo et fugiendo corpore laeſos. Poſtrema opinio mihi eſt veriſimilior anteriori. Nam fuga ex proelio omnino putabatur infamis, et Tacitus de maſculis ſolummodo loqui videtur. Quod autem Bonifacius de impudicorum graviſſima poena ſaxonica docet *a)* ad adulterium unice pertinuiſſe, omnibus numeris eſt abſolutum et ex ſenſu verborum patet.

*a)* Hert. Not. vet. Germ. P. 3. C. 3. §. 3.
„In antiqua Saxonia ſi virgo paternam domum cum adulterio „maculaverit, ſi mulier maritata, perdito foedere matrimonii, „adulterium perpetraverit; aliquando cogunt, eam propria manu „per laqueum ſuſpenſam vitam finire, et ſuper buſtum „illius „incenſae et concrematae corruptorem ejus ſuſpendunt; aliquando congregato exercitu foemineo, flagellatam eam mulieres „per pagos circumquaque ducunt, virgis caedentes et veſtimenta „ejus abſcindentes juxta cingulum, cultellis ſuis, totum corpus ejus „ſecantes, et pungentes minutis vulneribus cruentatam et laceratam „de

„de villa in villam mittunt, et occurrunt ſemper novae flagellatrices, Zelo pudicitiae adductae, eamque aut mortuam aut vix vi-„vam derelinquant; ut ceteri timorem adulterandi et luxuriandi „habeant. „

§. 55.

Et leges populorum germanicae originis inde a Seculo ſexto ſcriptis redactae tacent de poena ſtupri et tantummodo conſtituunt, vt vitioſae ſtuprator ſolvat fixam dotem emtionalem. *a*) Quae quidem dotis quantitas *Bedemund* vocabatur et pro varietate populorum erat varia. Ita erat alia apud Burgundiones, aliud apud Alemannos, Ripuarios, Bauaros et ſic porro.

*a*) Boehmer de mulctis ſtuprorum in electis juris civilis Tom. III. pag. 357. Balſer l. c. §. XXIII.

§. 56.

Lex Burgundionum quidem ſancit: ſi qua Burgundionis *ingenui* filia priusquam marito tradatur, cuicunque ſeu barbaro ſeu romano occulte adulterii ſe foeditate conjunxerit, et poſtmodum ad querimoniam facti proceſſerit, et ſic objecta clarverint; is qui in ejus corruptione fuerit accuſatus, et ut dictum eſt, certa probatione convictus, in latis XV. ſolidis, nullam calumniam patiatur. Illa vero facinoris ſui dehoneſtata flagitio amiſſi pudoris ſuſtinebit infamiam. *b*) Inde licet argumentari, omnino tunc temporis ſaltem foe-

E minas

minas ſtuprum paſſas, fuiſſe punitas. Ut vero taceam, in hacce lege duntaxat eſſe ſermonem de adulterio, ut taceam, hancce infamiam pure fuiſſe facti, jam conſtat Germanos veteres omnem adhibuiſſe curam, ut matrimonia cum alterius gentis perſona evitarentur, eos plane non permiſiſſe cuidam nubere extra provinciam; *b*) quamobrem mihi perſuadeo, legem noſtram per verba, *ſeu Barbaro ſeu Romano*, omnem commixtionem cum alio populo illicitam exprimere voluiſſe.

*a*) Georgiſch corpus juris Germanici, Halae 1738. pag. 368.

*b*) Eſtor diſſ. de odio in matrimonio in aequalia et reſtricto jure nobilitatis germanicae quoad connubia. Jenae 1740.

§. 57.

*Carolus* magnus in puniendo raptu ſuo tempore inprimis vigente ſeverus, nullam ſtupri poenam publicavit, neque imperatores ſequentes aliter conſtituiſſe apparet. Parentes enim laeſos emtionis pretio, et foemina in uxorem ducta nil amplius exigere potuiſſe videtur.

§. 58.

Iam allegavi conjunctiones cum uxore et marito, vel extero ſeu ratione ſtatus impari, majoribus noſtris, res fuere, quam odio et faſtidio maximo perſequi ſolebant, ut pote qui aequalia genti ſuae ac ordini deſiderabant connubia. Facile igitur

igitur erit intellectu eos in vindicando ſtupro ad foeminarum ſtatum reſpexiſſe, ſtatuentes eas, quae a viro ſtatu differebant tantum concubinas eſſe, non uxores. Cum itaque dotem ſervum dare, legis ratis prohiberet, LL Bajuuariorum *a)* erat ſancitum: *Si ſervus cum libera fornicaverit, et hoc repertum fuerit, ille cujus ſervus, reddat illum paretibus ejus ad poenam quam meruit luendam, vel ad interficiendum, et amplius nihil cogatur exſolvere: quia talis praeſumtio excitat inimicitias in populo.* Burgundiorum lex vult *b*) ſi ingenua puella voluntarie ſe ſervo junxerit, utrumque occidi.

*a*) Georgiſch cit. l. pag. 285.

*b*) Ille cit. loc. pag. 263.

## §. 59.

Absque dubio Carolus Magus et ſequentes imperatores Carolingici omiſerunt ea de cauſa ſtupri poenam publicare, quia jam *Pipinus* juſſit: ut *epiſcoporum habeat poteſtatem a*) ut *unusquisque, in ſua parochia tam de clero, quam regularibus, vel ſaecularibus ad corrigendum et emendandum ſecundum ordinem Canonicum ſpiritualem* ut *ſic vivant, qualiter Deo placere poſſint.* Carolus adeo hancce poteſtatem auxit, ut Comites et alii judices epiſcopis in ſuis officiis omne praeſtare adjutorium tenerentur. *b*) Imo *Ludovicus* pius *c*) ſtatuit, *ubicunque per negligentiam comi-*

*comitis aliquod* ſi vobis *difficultatis in hoc apparuerit*, obſtaculum noſtrae *dinoſcentiae id ad tempus in ſinuare*, *non differatis*, ut noſtro *auxilio ſuffulti*, *quod veſtra autoritas expoſcit*, *famulante ut decet*, *poteſtate noſtra perficere valeatis*.

*a*) Georgiſch l. c. pag. 515.

*b*) Ille l. c. pag. 606.

*c*) Ille l. c. pag 873.

§. 60.

Iure autem Canonico eſt praeceptum, *a*) ſi deduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam et habebit uxorem. Ab initio maſculo igitur nulla erat electio, ſi pater virginis conſenſerit, an pretium ſoluere, aut ducere velit uxorem. Quamquam non ſine ratione putem, hocce conjugium ſolummodo de ingenuis unius gentis eſſe intelligendum *b*) propter ſtatutum in Concilio *Triburienſi* confectum. Poſtea vero diſponebatur: *ut aut quam ſtuprauit*, *uxorem habeat*, *aut ſi renuendam putauerit*, *corporaliter caſtigatus excommunicatusque* in *monaſterio*, *in quo agat poenitentiam*, *detradetur*, de *quo nulla ſit egrediendi* ſine *praeceptione licentia*, *d)* quia ſacramenti matrimonii erat violator et contemtor.

*a*) C. I. X. de adulteriis et ſtupris.

*b*) C. I. X. de ſponſalibus.

*c*) C. II. X. de adulteriis et ſtupris.

§. 61.

§. 61.

Stupri ergo vindicationem ad jurisdictionem eccleſiaſticam pertinuiſſe, quis eſt quem fugiat. Haecce vero Iurisdictio in ſynodis (Senden) quas epiſcopi in ſuis dioeceſibus haberent, exercebatur *a)* et ſane extra omnem dubitationem eſt poſitum epiſcopos etiam ubique Canones applicaſſe, per quos et is qui duceret vitiatam, ab omni immunis erat poena.

*a)* Apud Harzheim T. 2. pag. 511.

§. 62.

Severa antiquae eccleſiae diſciplina ſimul voluit, quod delictis maculati, a ſacris arcerentur, et non niſi praeſtita poenitentia in numerum Chriſtianorum recuperari poſſent. Inde venit quod et ſtupri reis poenitentia erat ſubeunda, quae in ſynodis dictitabatur. Haecce vero poenitentia, mox propter clericis innatam pecuniae cupidinem poterat redimi, ipſa poenitentia vero tractu temporis haberi coepit promodo malis externis expiandi peccata et pro eorum coercitione *a)*.

*a)* Iuſt. Henning. Boehmer in I. E. P. T. v. L. V. T. 38.

§. 63.

Clericus cum ad ducendam ſtupratam nequeat adſtringi, ſatisfacere debet poenitentia decem annorum *a)* a foro externo autem deponebatur *b)* et ſeverior erat poena

quando ſacra virgo ſtupro erat polluta *c*), nam cognatione per confeſſionem ſpirituali contracta, iſtiusmodi commixtio inceſtus ſpiritualis putabatur.

*a*) C. presb. §. 2. deſtin.

*b*) 81. diſt. C. 2. quaeſt. 2.

*c*) C. 27. qu. 1.

§. 64.

Poſtquam autem ſeculis XII. et ſequentibus plurimi imperii ſtatus ſummam poteſtatis civilis, paullatim capeſſerent, contigit, ut nonnulli germaniae principes ſubditos ſuos contra epiſcopos pecuniae cupidiſſimos inciperent defendere, et quamquam ex hacce defenſione innumerabilia ab initio ſint orta certamina, nihilominus tamen ſtuprorum cauſſae ante reformationem Lutheri foro eccleſiaſtico fere unice erant adſcriptae, circumſeptis hinc et inde judiciis ſynodalibus. Interea maxime notatu dignum mihi videtur, quod ſpeculum ſuevicum de ſtupro praecipit: *a*) „Iſt ein Chriſtenmann bey einer Jüdin gelegen oder ein Jüd bey einem Chriſtenweibe, die ſoll man beyde übereinander legen und verbrennen. „

*a*) Schwabenſpiegel oder Landrecht. Cap. 347.

§. 65.

Boehmerus *a*) ex hoc quod ſtuprorum coercitio ad judicia eccleſiaſtica deducta ſit, et poenitentia in poenam degene-

generaverit, conjecturam capit, ideo quod nimis durum videretur, idem delictum duplici poena vindicari, hujus delicti coercitionem in ſanctione Caroli V. Criminali praetermiſſam fuiſſe. Neque magis ordinatio politica de anno 1530. ad ſtuprum eſt referenda.

a) Boehmeri electa juris ciuilis T. III. pag. 368.

§. 66.

Revocata tandem poſt reformationem Lutheri intra fines jurisdictione eccleſiaſtica, praeſertim iis regionibus, ubi Lutheri principia ſunt adoptata, ſtupri coercitio ſeculari judici eſt tributa, iis, quae ad diſciplinam pertinent eccleſiaſticam haud idonea ratione judici eccleſiaſtico, relictis, qui mea quidem opinione, ex qualibet bene ordinata civitate tanquam ſuperfluus relegandus foret.

§. 67.

Poſt hanc vero jurium territorialium palingeneſia innumerabilia fere praecepta ſtupri poenam concernentia in codicibus provincialibus prodiere, quae ſtuprum mox relegatione, mox mulcta pecuniaria, mox Carcere, coerceri vellent, ita ut pro diverſitate provinciarum etiam poena differret, et ut ſtuprum in iis regionibus ubi poenitentia eccleſiaſtica adhuc erat in uſu, crimen haberetur mixtum, quod duplici modo punitur.

§. 68.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0045-4

§. 68.

Iuvat in medium proferre, quam rigoroſa olim fuerit poenitentia eccleſiaſtica. Apparet vero haecce ſeveritas praecipue ex duobus mandatis, in Haſſia 1644. et 1662. promulgatis, hujus tenoris: „Nachdem von Gottes Gnaden Wir Georg Landgraf zu Heſſen etc. mit ſonderbarem groſſen Misfallen vernommen, daſs Hurerei und Ehebruch ſtarck eingeriſſen und im vollen Schwunge gehen, damit denn der flammende Zorn des allwiſſenden gerechten Gottes, dadurch nicht je laenger und mehr verurſachet, gereitzt und gehaeuft, noch uiber unſer Fürſtenthum und Lande noch groeſere Strafen und Plagen gezogen, ſondern ein busfertiger Wandel geführt und allen fernern zu beſorgenden Unheil nach Moeglichkeit begegnet werde: So wollen wir alle unſere Hochloebliche Herren Vorfahren und Voraeltern Fürſten zu Heſſen verfügte chriſtliche Anſtalten - hiermit wiederholt, und daſs denſelben in allen Punckten und Clauſeln nachgelebt werde, nochmals verordnet haben.

Gebieten und befehlen darauf in gnaedigen Ernſt, was Hurerei und ſolchen Ehebruch, welchen ein Ehemann mit einer ledigen Weibsperſon begehet, anrühret: ob zwar dieſer Ehebruch bisher in unſern Fürſtenthum und Land nicht peinlich, ſondern mit einer vierteljährigen Gefaengnis-

nis und nahmhaften Geldſtrafe beſtraft worden, in Anſehung aber, daſs dieſes Laſter faſt gemein werden will, ſo ſind wir deswegen auch aus andern Urſachen die Strafe zu ſchärfen bewogen worden, und da inskünftige dergleichen Fälle ſich zutragen werden, ſoll es nicht allein bey dem vierteljaehrigen Gefaengnis bleiben, ſondern auch der Ehemann und ledige Perſon am peinlichen Halsgericht, oeffentlich angeklagt, foerderſt an Pranger geſtellt, und durch den Nachrichter des Landes auf 2. oder 3. Iahre verwieſen werden. Betreffend aber die Fornicationes und gemeine Hurerei, da laſſen wir es zwar bei der in unſerer Kirchenordnung geſezten Beſtrafung bewenden; es ſollen aber bey Verrichtung der *Kirchenpoenitenz die Delinquenten auſer den Stühlen vor dem Altar zu treten und daſelbſt vom Anfange bis zum Beſchluſs der Predigt unverhüllt ſtehen zu bleiben angehalten auch die in der Kirchen Agenden befindlichen, Worte, ſo bey oeffentlicher Poenitenz gebraucht werden, nach Art und Gelegenheit der Sünden und Perſonen jeweils geſchaerft* und darneben doch noch die Delinquenten von Uns nach Befinden und Beſchaffenheit der Umſtaende willkührlich geſtraft werden. Würde aber einer oder eine zum zweitenmal ſich dieſes Laſters theilhaftig machen, alsdenn ſoll der Delinquent nicht allein die Kirchenpoenitenz vorgeſchriebenermaſen

ausſtehen und welche Perſon ſich alſo vergreifen thut, dazu compellirt, ſondern wenn ſelbige verrichtet, auch wohl nach Befindung ſobald von der Kirche zur Stadt hinaus auf 2. Jahre des Landes verwieſen werden. So geſchehen Darmſtadt am 24ten October 1644.

(*L.S.*) *Georg L.z.H.*

Nachdem von Gottes Gnaden Uns *Ludwigen* Landgrafen zu Heſſen etc. Unſerer ſonderbaren Misfaelligkeit eine zeither zu verſchiedenen malen berichtlich vorgekommen, obwohl unſere in Gott ruhenden hochſeelige Voraeltern und Vorfahren Fürſten zu Heſſen unter andern auch wegen ernſter Beſtrafung des Laſters der Hurerei und zu frühzeitigen Beyſchlafs unterſchiedene Hochlöbliche Verordnungen ergehen laſſen, über welche auch gebührlich zu halten fort und fort ernſtlich befohlen worden, daſs dennoch ſolche Laſter je mehr und mehr einreiſſen, und faſt überhand nehmen thun, wodurch aber Gottes ohnedem erbrannter gerechter Zorn noch mehr gereizt und uiber das Land gezogen wird, geſtallt *aus geiſtlichen und weltlichen Hiſtorien bekannt*, wie der Allerhoechſte wegen des ſchaendlichſten Laſters der Unzucht Staedte und Laender umgekehrt habe. Hierum und damit dem allen um ſo viel deſto mehr vorgetrachtet, ſolcher

Leicht-

Leichtfertigkeit, Schand und Laſtern geſteuert, und ſich davor und zumal vor Gottes faſt unausſprechlicher zeitlicher und ewiger Strafe deſtomehr gehütet und ſich hingegen chriſtlicher Zucht und Ehrbarkeit befliſſen werden moege: So thun wir nicht allein obhochgedachter Unſerer chriſtſeeligen Voraeltern und Vorfahren, Fürſten zu Heſſen, derentwegen hierbevor nach und nach ergangene Verordnung wiederholen, ſondern befehlen auch hiermit ernſtlich und wollen, daſs alle diejenige, welche denſelben und dieſer Unſerer ernſten Erinner- und Verwarnung, Befehl und Verordnung zu entgegen, dennoch ſich mit dem Laſter der Hurerei vor und nach den Sponſalien und Eheverloebnis verübenden zu frühen Beiſchlaf beſudeln und deſſen überführt werden, *ohne Anſehung der Perſon*, nicht allein nach Gelegenheit und Unterſchieds beiderſeits Verbrecher mit einer nahmhaften *Geldbuſſe*, ſondern auch einen ganzen Monath lang mit dem Thurm abgeſtraft, und keinen Theil der Leiſtung oeffentlicher Kirchenbuſſe weder um etwa beſchehender Recommendation und Vorbitte, noch um anderer dergleichen Urſachen willen entheben, noch damit verſchont oder uiberſehen, noch anſtatt ſolcher Kirchenpoenitenz eine Geldſtrafe angenommen, noch obige Strafe in eine andere geringe Poen verwandelt, ſondern derenthalben gerade durchgegangen, auch

da die fleiſchlichen Vermiſchungen vor dem oeffentlichen Kirchgang beſchehen waeren und daſſelbe vor der prieſterlichen Einſegnung ruchtbar und kund würde, der Braut weder mit einem Kranz zur Kirchen zu gehen, noch ſolchem Paar-Volks eine Schenckhochzeit zu machen verſtattet, ſondern beide Perſonen vermoege unſerer Kirchenordnungen anders nicht, denn unfehlbar mit vorgehender Kirchenpoenitenz eingeſegnet, auch zu ſolchem Ende von unſerm Superintendenten, Pfarrer, Beamten, und den Senioren jedes Orts auf ſolche Faelle genaue Achtung geben und zu unſern fürſtlichen Canzleyen deswegen jedesmal zeitlicher Bericht erſtattet werden ſolle. Verordnen gebieten und befehlen hiermit, in gnaedigſten Ernſt, daſs auf begebende Faelle, zumalen auch vor Unſern Marſchallen, Kanzlern, Vicekanzler, Raethen, geiſt- und weltlichen Beamten, Dienern und angehoerigen Graf- und Herrſchaften und Landen, über dieſe unſere Verordnung feſtlich gehalten und damit dadurch der feſtgeſezte gute-zu Erhaltung Zucht und Ehrbarkeit und Verhüthung Aergerniſs, und Gottes flammenden Zorns angeſehene Scopus und Zweck erreicht werden moege, ohne einiges Nebenabſehen verfügt werden ſollte etc. Darmſtadt am Mai 1662.

§. 69.

§. 69.

Hodie quidem in variis provinciis ſtuprorum poena, uti in Boruſſia, vi mandati de 8. Febr. 1765. plane eſt abrogata, ſublata ſimul poenitentia eccleſiaſtica, in variis relegatio in mulctam pecuniariam ſeu carcerem eſt mutata, ſervata deprecatione publica inani poenitentiae umbra, quam vero pecunia in uſus pios convertenda redimere licet, ſed dum plurium principum miniſtrorum ingenia adhuc alta premantur nocte, cumque Germaniae principum quidam, ſublata poena ſtupri et deprecatione publica, vacuum quoddam ex defectu taxarum diſpenſationis in marſupiis oriri putent, neceſſe eſt addere aliquid de hodierna ſtupri vindicatione.

§. 70.

Ita gravius ſtuprum voluntarium punitur, ſi ſtuprator obſervantiam debuit ſtupratae, ut utar exemplo, ſi famulus heri filiam ſtupravit, ob ſanctitatem loci, ſiquis cum puella in convictu vel aula principis vivente, coierit, ſi ſtuprata in ſtupratoris poteſtate fuerit e. g. ſi curator cum pupilla vel ſi quis mulierem captivam ſtupret, ſi ſtuprum intra annum luctus commiſſum, ſi ſtuprum puellae impuberi licet conſentienti illatum, neutiquam vero, uti vult Carpzovius fanaticus *a*) ſi Iudaeus cum Chriſtiana perpetraverit commixtionem carnalem, *b*) ſi quis plus quam una

vice ſtuprum cum eadem perſona vel alia commiſſerit. Imo ſunt, qui volunt, ut ſtuprum cum principis ſui nata aut ſorore commiſſum ultimo ſupplicio poſſit puniri *c*).

*a*) Carpzou. quaeſt. 69. n. 43. qu. 76. n. 66. Harprecht dec. 51. n. 25.

*b*) Koch inſtit. juris crim. §. 277.

c) Leyſer Medit. ad π. ſpec. 87. m. 8.

§. 71.

Attamen mitigatur poena, ſi ſtuprum non conſummatum ſed attentatum, ſi quis illud non doloſe ſed culpoſe commiſit, et corruptam lenior corruptore puniri, in puniendo ſtupro rationem perſonarum haberi ſuadet Leyſerus *a*).

*a*) Loco citato. med. 1. 2. 3.

§. 72.

Infamiam ex ſtupro oriri, nonnulli putant *a*) et praecipue de Puffendorf et Canngieſer volunt, ut ſtuprum paſſa herede inſtituta, teſtamentum fratris reddat inofficioſum; *b*) ſed cum plerumque irrogatio poenae infamantis ſolummodo locum det infamiae, ſtupri vero poena eo minus infamiam ſecum trahat, quo certius eum, qui ſtuprum commiſit, neque ad teſtimonia perhibenda eſſe incapacem, neque jura collegii opificum amittere, neque, excepto munere paſtorali, dignitate, vel officio ſalua aequitate removeri poſſe; illa ſententia, ſit etiam, ut uſu fori hinc et inde frequentetur

tur, eſt valde erronea *c*) et prouti olim expoſuit Leyſerus reipublicae pernicioſa *d*).

*a*) Koch. lo. cit. §. 278. Leyſer l. c. med. 8.

*b*) Puffendorf obſ. jur. univ. T. IV. obſ. 47. Canngieſer in dec. ſumm. prov. ſen. T. I. dec. 115. n. 10.

*c*) Heinrichmeyerus tractatio juridica de juribus et conſuetudinibus forenſibus circa ſtupra et fornicationes Erlangae 1786. p. 39.

*d*) Leyſer loc. cit. ſpec. 582.

§. 73.

In quibusdam judiciis obtinere conſuetudinem qua ſtuprator, ob inopiam ſtupratae, expenſas judiciales et mulctam pro ea ſolvere tenetur, habet Heinrichmeyerus *a*) affirmans, id eſſe aequitati conveniens, quippe ſtuprator in dubio ſeductor praeſumatur. Mihi autem minime arridet haec obſervantia, absque dubio ſportularum cupiditate inducta.

*a*) Loc. citat. pag. 36.

§. 74.

Non a re erit alienum etiam nonnulla de ſtupri poena in terris ſaxonicis proferre. In terris Altenburgicis inde ab anno 1788. omnis relegatio, olim ſtupro voluntario ſtatuta, ſubſtituta poena carceris, vel mulcta pecuniaria, precibus ſtatuum prouincialium ſublata eſt. Quod quidem mandatum ſaltem pro praeſenti circumſtantiarum ratione ſalubre, ut et in terra Salfeldenſi arctiſſime conjuncta cum princi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0053-9

principatu Altenburgenſi, publicaretur, communicauit dux Gothanus cum duce Salfeldenſi. Hic autem ex rationibus, quae facile poſſunt divinari, mandati publicationem recuſavit. Viget itaque Salfeldiae poena relegationis, viget cenſura eccleſiaſtica, quae, cum pro ſupplicantium facultatibus vel graui vel vili pretio ſoleant redimi, principis privatae inſerviant utilitati,

§. 75.

Sublata in Saxonia electorali vi ſecretarum inſtructionum *a)* omni relegatione, uſu fori et conſuetudine ibi videtur receptum, omnes, qui, quaeve ſtuprum commiſerunt ſimplex prima vice poena carceris, quatuordecim dierum, altera vice trium, et tertia vice quatuor hebdomadum afficere. Quae quidem carceris poena trium quatuorve hebdomadum obtinet, quando eaedem perſonae, primo ſtupro poena quatuordecim dierum compoſito ſecundum tertiumque vel inter ſe, vel cum aliis perpetraverint; Et licet in Saxonia, niſi delictorum poenae, carceris poenam, paucorum dierum vel hebdomadum egrediantur, aut carceris poena aut multa ſoleat decerni, haecce tamen alternativa poena in delictis carnis neutiquam habet locum, cum non niſi princeps ordinariam poenam in multam mutare valeat. *b)* Poenitentia vero eccleſiaſtica, anno 1756. jam plane erat abrogata, *c)*

*a)* Staats-

a) Staatswiſſenſchaftliche Zeitung. Iahr. 1790. Nro. XXIV. et XXV.

b) Pauli diſſ. de poena ſtupri ex principiis juris ſaxonici electoralis. Viteb. 1781.

c) Supplem. Cod. Auguſt. T. I. pag. 240.

§. 76.

Ad quamnam Iurisdictionem, an ad ſuperiorem vel inferiorem pertineat cognitio ſtupri voluntarii? adhuc valde eſt diſputatum. Alii adſcribunt illam Iurisdictioni ſuperiori, alii inferiori, et omnes argumentis haud contemnendis certant. Teſte propria experientia et in Saxonia et extra Saxoniam ſtupri cognitio regulariter a judice criminali inſtituitur, a) ſiquidem e judiciis erronea opinio, ſtuprum eſſe crimen, nondum migrauit.

a) Pauli loc. cit. §. X. Heinrichmayer l. c. §. 5.

§. 77.

Cum itaque ſtuprum voluntarium adhuc inter crimina referatur, juuat, indicia, quae ad inquiſitionem ex ore Ictorum habentur ſufficientia, in medium proferre. Haec praecipue ſunt fama communis, ſi ſolutus cum ſoluta reperiatur in cubiculo clauſo ad coitum diſpoſitus et excalceatus, ipſa foemina vero januam recuſauerit aperire, ſi ſolutus cum ſoluta per nemora et vias occultas ſpatiando, ipſam ſimul exoſculans, luxurioſoque tactu et amplexu laſcivo premens cernatur, ſi apud eum, qui cum puella ſtuprum commiſiſſe dicitur, in-

G uenian-

veniantur litterae amatoriae ita conceptae ut de, confeſſione criminis ex iis conſtare judici poſſit, ſi quis in domo pulchrae foeminae occultatus fuerit inuentus, aut die noctuque eam frequentare ſolebat, foeminae appetentia, nauſea, vomitus matutinus, ephelides, lac in mammis *a*) etc. O mores!!

*a*) Heinrichmayer l. cit. §. 6.

§. 78.

Iudex vero ad viſitationem temere procedens, ſi foemina, facta inſpectione ventris, innocens reperitur, jure meritoque actione injuriarum conveniri poteſt, quippe viſitatio omnino exiſtimationem debilitat, quod ego contra Heinrichmayerum *a*) ſuffragante lege aſſeverare auſim. Quomodo alias judices pecuniae cupidi poſſent refrenari? En! ad fundandam meam aſſertionem, exemplum: Nuperrime Senatus urbis thuringicae obſtetrices convocavit, et illis fruſtra exploratis, quae forte viduae, aut puellae ſtupri eſſent ſuſpectae, eis mandavit, ut, cum jam per longum tempus contra omnem ſpem, nullum delatum ſit ſtuprum, cum variis foeminis callide et inſidioſe verſarentur, et ſi in aliquam ſtupri caderet ſuſpicio, denunciarent, quo facto ſtatim viſitatio inſtitueretur. Obſtetrices propoſitione hac obſtupefactae reſpondent: ſe ad has ſtruen-

das

das inſidias, quae apparitorem vix decerent, neutiquam eſſe obligatas, et ſic mittuntur.

*a*) Loc. cit. §. 7.

§. 79.

Propterea quod nemo in propria cauſſa idoneus ſit teſtis, ſola a deflorata facta inculpatio judici non faciunt fidem, licet in extremo vitae halitu, licet in ſtricto partus dolore aliquem ſtupri cum ipſa admiſſi inculpaverit, licet juramento patrem infantis ſui deſignaverit; attamen tales circumſtantiae ad inculpationem accedentes tantam merentur attentionem, ut judici interdum tribuant facultatem, ſtupratorem ita denominatum et fugae ſuſpectum cuſtodia detinendi.

§. 80.

Cum virginitas in virginibus materialis, non una in omnibus foeminis eademque, et virginitatis ſigna generaliter ſint fallacia: ſtupratori fides habenda non eſt, ſi puellam a ſe compreſſam in complexu venereo virginem non amplius integram atque illibatam inveniſſe ſe, jurejurando affirmet. *a*) Pari modo non, niſi indicia graviora eaque probata, neutiquam vero leviora, exceptionem fornicationis vel habitationis cum aliis a ſtupratore intentioni ſtupratae oppoſitam admittunt *b*).

*a*) Gerſtlacher loc. citat.

*b*) Leyſer Med. ad π. ſpec. 583. Med. 21. et 22.

§. 81.

Ceſſat autem criminalis judicis omnis cognitio ſtupri voluntarii et coercitio, intercedente ejus praeſcriptione, quae ex principiis juris Romani in Germania fere ubique adoptatis quinquennio fit, et a tempore perpetrati delicti ita currere incipit, ut ſi rei intra hoc ſpatium legitimum in ius haud ſint vocati, crimen ipſo jure putetur extinctum *a*). Si autem ſtupri actio jam in judicium ſit deducta, praeſcriptio ab ultimo demum actu judiciali currere incipit, niſi reus forte fuga, dolove malo criminis perſecutionem impedierit. Quinquennio praeterlapſo judicem praeſcriptionis exceptionem oportet ſupplere, etiam ſi reus hac non utatur, ſed potius confiteatur delictum *b*). Interdum vero in urbe quadam thuringica aliquantulum a jure romano in delictorum carnis praeſcriptione receditur. Memor ſum caſtitatis commiſſionis anno 1775. conſtitutae, quae pene nullam delictorum carnis praeſcriptionem admiſit.

*a*) L. 29. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult.

*b*) Puttmann elem. Iur. Crim. Lib. II. C. XXVII. §. 1046.

SECTIO III.

## SECTIO III.
# JVS PRINCIPIS CIRCA STVPRI POENAS EXAMINATVR.

§. 82.

Diu multumque noſtris praecipue temporibus inter Jureconſultos et Politicos eſt diſputatum, an ſtuprum voluntarium poſſit puniri, nec ne? et multa argumenta ſunt ex utraque parte in medium prolata. Nonnulli ex jure divino univerſali juſtitiam ſtupri poenae derivant, alii in dijudidicanda hacce juſtitia plerumque juris publici univerſalis et politicae principia miſcent, alii iterum religione ducti omne, quod illi adverſari videtur, ferro et igni delere conantur. Non omnibus numeris igitur eſt abſolutum, an poena ſtupri ſit juſta vel injuſta. Me quidem non fugiunt difficultates hic emergentes, cum vero inſtituti ratio harum explanationem poſtulat, pro virium mearum capacitate periculum faciam.

§. 83.

Homo a natura certis organis eſt praeditus, quae victui, incremento, nec non propagationi inſerviunt, quaeve ad ſubſtantiam hominis abſolute pertinent et hominis naturam corporalem quaſi conſtituunt. Libera hominis agendi vis ad certos fines ſpectat, qui ſunt vel abſolute neceſſarii vel

accidentales. Ad conſequendos fines mere neceſſarios homo moraliter eſt obligatus. Sicuti vero tam neceſſaria quam accidentalia remedia ad fidem neceſſarium ducunt; ita non a meo pendet arbitrio, an remediis his neceſſariis, quibus finem neceſſarium conſequi licet, uti velim, nec ne. Sum potius perfecte ad illa obligatus, et jus meum nulli alienationi eſt obnoxium. *a*)

*a*) M. Carl Chriſtian Ehrhardt Schmidt Verſuch einer Moralphiloſophie Iena 1790. §. 537.

§. 84.

Omnis contractus igitur eſt nullus, quo vel jus, quod alienare non potui, alienavi, quove originarium meum officium tollitur, quia moralitatis violatio nullum fundare poteſt jus. *a*) Propagatio ſui eſt obligatio homini a natura innata. Propagatio tantum coitu maris cum foemina fieri poteſt. Jus coeundi id eo eſt jus originarium, de quo nemo paciſci poteſt, nam eſt remedium neceſſarium ad finem neceſſarium. (§ 81.) Homo igitur in ſtatu extraſociali nunquam in aliquem jus poteſt transferre, quo coitus interdicatur.

*a*) Hufeland Lehrſaezze des Naturrechts. Iena 1790. §. 231. 234. et 236.

§. 85.

Societas eſt unio plurium hominum ad finem communem, nititur itaque pacto. Verum enim vero cum finis

socie-

ſocietatis non alius eſſe poſſit, quam licitus et legi moralitatis conveniens: ſequitur, non niſi remedia licita ad finem conſequendum applicari poſſe; ſequitur, membra ſocietatis nonniſi jura in ſocietatem transferre potuiſſe, quae obligationibus ſuis originariis non repugnabant; ſequitur denique, ſocietatem nullo tempore jus poſſe adquirere, cuidam ſocio coitum interdicendi, qui propagationi hominum tanquam obligationi originariae inſervit. Summus ſocietatis finis eſt moralitatis finis, conſervatio et augmentatio perfectionum *a*). Jam vero homo in ſtatu extraſociali tantum gaudet jure cogendi ad conſervandas perfectiones, adeoque etiam ſocietati aliud jus concedere haud potuit *b*). Societati ergo ſolum competit jus cogendi tendens ad conſervandas hominum perfectiones, annexo jure eas promovendi. Quodſi coitu maris cum foemina aliena jura ſeu perfectiones non turbantur, ſocietas jure prohibendi coitum deſtituitur, quia illa jure caret cogendi, ut quis perfectiones adaugeat.

*a*) Hufeland l. c. §. 361. 371.

*b*) Ille l. c. §. 74. 76. 78.

§. 86.

Civitatis finis idem eſt ac ſocietatis. Cum autem civitas ſolo pacto ſubjectionis membrorum ſocietatis cum ſumma poteſtate iniri poſſit: ſequitur, primo poteſtatem ci-

vilem

vilem nonniſi jura impetrare potuiſſe, quae pacto alienare homini licebat, partim vero hominem illa jura retinere, quorum alienatio non pendebat ab ejus arbitrio *a*). Jam vero jus coitus, ſi absque turbatione juris alieni exercetur, eſt jus, quod homo alienare non potuit, quod ergo homini a ſumma poteſtate adimi nequit.

*a*) Hufeland l. c. §. 377. 403. 530. et 540.

§. 87.

Dum autem affirmo, hominem pacto ſubjectionis jura, quibus verus humanae isque ſenſualis naturae finis conſervatur, promovetur, alienare non poſſe, *a*) jus coeundi vero naturae humanae fini eſſe conveniens, ideoque civitatem jure deſtitui, coitum huncce prohibendi, praevideo objectionem: In nulla fere civitate jus coeundi indiſtincte prohibitur, ſed hujus juris exercitium duntaxat ita legibus definitur, ut ſimul verus coitus finis, nempe propagatio ſobolis, obtineatur; praeſertim cum experientia doceat, quod populationi et hominis ſanitati ſit ſaluti, ſi inſtinctus naturalis expletio ejus arbitrio non relinquatur, ſed certis legibus adſtringatur. Salubrem itaque eſſe legem inceſtum prohibentem, ſalubre inſtitutum conjugii ad dies vitae duraturum, non obſtante argumento exinde deducto, quod princeps careat jure, facultati coeundi, tanquam bono originario et nulli alienationi obnoxiae fines conſtituendi, quip-

pe

pe experientia teſte, renunciando nonnullis originariorum bonorum partibus ſublimiores humanae naturae vires perfectiores et ad moralitatis miſteria aptiores fieri poſſunt, igitur neutiquam eſſe prohibitum, illis renunciare. *b*)

*a*) Schmidt. loc. cit. §. 490. 505. 537. 551.
*b*) Hufeland cit. loc. §. 145.

§. 88.

Sed forte haec objectio ſequentibus meditationibus evaneſcet. Societas conjugalis eſt unio perſonarum utriusque ſexus ad coitum pluries celebrandum. Ius naturae ignorat jus cogendi ad ineundam hanc ſocietatem conjugalem, ex pacto ſolummodo oriundam *a*). Suprema quidem civitatis poteſtas jure non deſtituitur hujus ſocietatis fines paullo accuratius determinandi, certas matrimonii ſpecies prohibendi, certis perſonis illud interdicendi, jura conjugii ſtatuendi, ſolutionem ejus certis conditionibus ſubjiciendi *b*) et in genere, quoniam ſocietate conjugali civitatis finis promovetur, omnem coitum praeter conjugium vetandi. Sed ut lex coitum extraconjugalem prohibens, praedicatum juſtae, meratur: neceſſe eſt, ſtatum publicum ita formare, ut quilibet ſubditus, quam primum pubes eſt factus et per inſtinctum naturae ad coeundum maturus, ſocietatem conjugalem poſſit inire. Quam diu vero haecce inſtitutio deeſt, tam diu lex prohibens coi-

tum extraconjugalem, quatenus non turbat jura aliena, juris publici univerſalis principiis contradicit. Audiamus ſenſa Kantiana. *c*) Die Epoche der Mündigkeit d. i. des Triebes ſowohl als Vermoegens ſeine Art zu erzeugen, hat die Natur auf das Alter von etwa 16-17. Jahre feſtgeſezt, ein Alter in welchen der Jüngling buchſtaeblich ein Mann wird, denn er hat alsdann das Vermoegen ſich ſelbſt zu erhalten, ſeine Art zu erzeugen und auch dieſe ſamt ſeinem Weibe zu erhalten: die Einfalt der Bedürfniſſe macht ihm dieſes leicht. Im cultivirten Zuſtande hingegen gehoeren zum lezteren viele Erwerbungsmittel ſowohl an Geſchicklichkeit als auch an günſtigen aeuſern Umſtaenden, ſo, daſs dieſe Epoche, bürgerlich, wenigſtens im Durchſchnitt um 10 Jahre weiter hinausgerückt wird. Die Natur hat indeſſen ihren Zeitpunkt der Reife nicht zugleich mit dem Eortſchritt der geſellſchaftlichen Verfeinerung veraendert, ſondern befolgt hartnaekkig ihr Geſez, welches ſie auf Erhaltung der Menſchengattung, als Thiergattung geſtellt hat. Hieraus entſpringt nun dem Naturzweck, durch die (vermeintlichen) Sitten, und dieſen, durch jenen, ein unvermeidlicher Abbruch; denn der Naturmenſch iſt ja in einem gewiſſen Alter ſchon Mann, wenn der bürgerliche Menſch, der doch nicht aufhoert, Naturmenſch zu ſeyn, nur Jüngling, ja wohl nur Kind iſt. Denn ſo

kann

kann man denjenigen wohl nennen, der ſeiner Jahre wegen, (im bürgerlichen Zuſtande) ſich nicht einmal ſelbſt, vielweniger ſeine Art erhalten kann, ob er gleich den Trieb und das Vermoegen, mithin *den Ruf der Natur* für ſich hat, es zu erzeugen. *Denn die Natur hat gewiſs nicht Inſtinkte und Vermoegen in lebende Geſchoepfe gelegt, damit ſie ſolche bekaempfen und unterdrükken ſollen.* Alſo war die Anlage derſelben auf den geſitteten Zuſtand gar nicht geſtellt, ſondern blos auf die Erhaltung der Menſchengattung, als Thiergattung, und der civiliſirte Zuſtand komt alſo mit dem leztern in unvermeidlichen Widerſtreit, den nur eine vollkommene bürgerliche Verfaſſung (das aeuſerſte Ziel der Cultur) heben koennte, da jezt jener Zwiſchenraum gewoehnlichermaſen mit Laſtern und ihren Folgen, den mannichfaltigen menſchlichen Elend, beſezt wird.

a) Hufeland cit. loc. §. 301.

b) Ille c. l. §. 565.

c) Muthmaſslicher Anfang der Menſchengeſchichte, Berliner Monathsſchrift, Januar 1786. pag. 15.

§. 89.

Sic erit exploratum, ſummae civitatis poteſtati, rebus ſic ſtantibus, nullum competere jus, coitum extra conjugalem velandi, et hacce prohibitione inſtinctum coeundi a

natura omnibus hominibus innatum quaſi ſupprimendi, donec unicuilibet etiam civi humiliſſimo pateat via, qua inſtinctui libidinis ſecundum leges civiles hodie extantes ſatisfacere queat. Sed quis eſt, quem fugiat, hancce viam obſideri, populatione in diem creſcente, miſeria profecto politica, qua ingemiscunt nationes teutonicae; ob tributorum multitudinem, quibus ſubditi premuntur, ob incrementum luxus, qui plurimos cives matrimonii oneribus ferendis non ſolum reddit impares, ſed et illis adimit animum, novas creandi familias. Tunc demum coitus extra matrimonium, vel contra leges civiles peractus, animadverti poterit, ſi vi attractivae utriusque ſexus civilis ordo nulla amplius afferat impedimenta. At quando veniet iſte aetas, qua ſocietas civilis, arſque rectoria cum natura? ultimo humani generis fine, conſpirabunt amice!!

Patet hic, tantummodo de coitu eſſe ſermonem, qui absque alienorum jurium violatione, ſolo coeuntium conſenſu, legi moralitatis, ſeu naturae conveniente, peragitur.

§. 90.

Sicuti vero ex principiis juris publici univerſalis, poena ſtupri voluntarii neutiquam poteſt defendi; ita et politica reprobat illam. Evolve humanitatis annales, inquire in omnium nationum, omnium judiciorum acta criminalia, et te convince, opinionem, ſtuprum voluntarium eſſe cri-

men

men poenis afficiendum, innumerabilium eorumque atrociſſimorum delictorum fuiſſe fontem, infanticidii, perjurii, abortus, adulterii, ſodomiae etc. etc.

§. 91.

Si recte video, ſupremus poenarum finis eſt in exemplo et delinquentis emendatione. Ponamus, ſtuprum revera eſſe delictum, ecquanam poena promovetur ille ſcopus, nonne potius majora exinde orientur crimina, quibus ſalus publica ſimul periclitatur? *Cella a*) *Globig et Huſter b*) *et Fredersdorf c*) ad evidentiam usque probavere omnino, nullam poenam eſſe, qua coitus perſonarum ſolutarum vel in totum vel in tantum poſſet impediri, omnes poenas huc usque uſitatas, potius eſſe injuſtas, quia ſine civitatis detrimento, homines ab illegali coitu retinere, haud valent. Omni uberiori huius quaeſtionis explanatione itaque ſuperſedere me oportet, niſi, alieno vitulo arare, animus ſit.

a) Von Strafen unehlicher Schwangerſchaften; beſonders von den diesfalls gebraeuchlichen Zwangscopulationen nach Grundſaezzen der Billigkeit und des geſunden Menſchenverſtandes erwogen, Erlangen 1783.

Cellas Antwort auf eines ungenannten über meine Abhandlung, von Strafen unehlicher Schwaengerungen; beſonders von den diesfalls gebraeuchlichen Zwangscopulationen. Anſpach 1784.

Cella über Verbrechen und Strafen in Unzuchtsfaellen. Zweybrükken und Leipzig 1787.

*b*) Vier Zugaben zu der im Jahre 1782. von der oekonomiſchen Geſellſchaft zu Bern gekroenten Schrift von der Criminalgeſezgebung. Altenburg 1785.

*c*) Syſtem des Rechts der Natur auf bürgerliche Geſellſchaften, Geſezgebung und das Voelckerrecht angewandt. Btaunſchweig 1790.

§. 92.

Sunt quidem, qui poenam ſtupri voluntarii approbant, affirmantes, nemini coitum permitti poſſe, niſi qui matrimonium legale inierit, hoc enim poſtulare ſocietatis conjugalis inſtitutionem in qualibet civitate, quae populationem ad regulam compoſitam, quae certa infantum alimenta, nec non bonam civium educationem vellet. Praeprimis *Gmelin a*), anonymus quidam *b*) et Roesſig *c*) talia fovent argumenta. Operae pretium erit horum argumentorum rationem paullo propius conſiderare.

*a*) Grundſaezze der Geſezgebung über Verbrechen und Strafen. Tübingen 1785. pag. 255.

*b*) Meine Gedanken über die von I. I. Cella, Beamten] auf dem Lande, verfertigte und bey Wolfgang Walther in Erlangen gedruckte Schrift von Strafen unehlicher Schwaengerungen; beſonders von den diesfalls gebraeuchlichen Zwangscopulationen. 1783.

*c*) Vorerinnerung zu Hommels philoſophiſchen Gedanken aus dem Criminalrecht. Breslau 1784.

*Gme-*

§. 93.

*Gmelin*, ut verbis ſuis utar, ita opinionem ſuam defendere conatur: Man hat ſich nicht geſcheut, die Strafe der unnatürlichen Schwaechungen unnatürlich zu nennen, weil die Natur ſelbſt uns zu Befriedigung des in uns gepflanzten Triebs anweiſe, gleichſam als ob die Vernunft des Menſchen nicht im Stande waere, dieſen Trieb in Schranken zu halten und der Geſezgeber nicht berechtiget waere, ſolche Schranken unter Bedrohung gewiſſer Strafen vorzuſchreiben, um den Staat vor ſeinen Verderben zu ſichern. Aus dem gleichen Grunde müſte man Ehebrüche und alle andere Fleiſchesverbrechen; ja alle andere Verbrechen entſchuldigen, indem ſie alle aus dem natürlichen Trieb der Selbſtliebe entſtehen. Man hat zwar haeufig in der Rükſicht, daſs die Strafen des unehlichen Beyſchlafs zu ſchwerern Verbrechen z. B. Unzucht mit Thieren und Kindermord verleite, dieſelbe aufzuheben, angerathen; allein ich ſehe die gaenzliche Aufhebung dieſer Strafe als ein ſolches Mittel wider den Kindermord an, welches nicht nur ſeinen Zwek verfehlt, ſondern auch auf einer andern Seite weit ſchlimmere Folgen nach ſich ziehen würde, eine Einſchränkung der Strafe mag zu rathen ſeyn, aber gänzliche Aufhebung gewis nicht. Wer eine ehrbare unverheyrathete Weibsperſon, Witwe oder

Iung-

Iungfrau ſchwächt, fügt dem Staate einen Nachtheil zu: Er bringt eine ehrbare Perſon um ihr Glük, weil ſie nach einem ſolchen Falle ihre Ehre und Achtung der Nebenmenſchen verliert, er führt ſie auf einen ſchlüpfrigen Irrweg, auf dem ſie leicht mit jedem Führer fortwandelt etc. der Thäter werde alſo härter als gewöhnlich mit ſechswöchigem Gefängniſs, welches jedoch nach Gutbefinden der Umſtände in eine verhaeltniſsmaeſige Geldſtrafe umgeaendert wird, die Geſchwaechte aber nur mit vierzehn Tagen Gefaengniſs geſtraft. Si autem hanc ce defenſionem vel obiter contemplamur: ſtatim tamen apparet, illam a veris juris publici univerſalis principiis aberrare et genuinam criminis in genere definitionem in hac deſiderari. Primum certe rationis practiae officium non eſt, inſtinctus naturae ſupprimere, ſed potius illi curae eſſe debet, hunc inſtinctum fini ſuo convenienter explere. Omnino autem fini ſuo conveniens explebitur, ſi coeuntes officia erga liberos ex coitu ortos implent. Quibus ut pro viribus ſuis ſatisfaciant merito compelluntur, quod infra uberius expoſiturus ſum. Jam ſupra memoravi, ſupremam poteſtatem tunc demum coitum extra ſocietatem conjugalem peractum animadvertere poſſe, ſi ordo civilis ita eſt inſtitutus, ut quilibet ſubditorum conjugium inire poſſit. Quodſi vero civitas facultatem coeundi non, niſi cum conjugio conjun-

jungit, non ſublatis impedimentis conjugii, agit injuſte, ſtuprum voluntarium puniendo. Deinde minime ruit civitas in perniciem, ſi ſtuprum voluntarium haud animadvertitur. Monarchia enim Poruſſica ubi ſtupri exulat poena hoc aperte demonſtrat. Denique ipſe Gmelin *a*) crimen ſeu delictum ita definit, ut ſit actio libera ſalutem et ſecuritatem civitatis et ſuorum civium laedens. Tametſi hancce definitionem, definito ſuo longe anguſtiorem, nullo modo adoptem, ex illa tamen ſequitur, inter adulterium et ſtuprum voluntarium, inter hoc et alia crimina maximum intereſſe diſcrimen. Quolibet enim delicto laeditur ſecuritas civitatis, ſtupro voluntario vero nunquam. Adulterio violatur jus alienum, ſtupro voluntario nullum. Nullo itaque modo delicti haec definitio quadrat in ſtuprum voluntarium, ni ſtuprum ne quidem genuina delicti definitio cadit, merito igitur e catalogo delictorum ſtuprum eſt delendum, et poena a Gmelin illi adjudicata omnino rejicienda.

*a*) Gmelin citat. loc. Erſter Abſ. §. 7.

## §. 94.

Attamen hiſce propoſitionibus haud affirmare velim, civitati plane non licere adhibere remedia, quibus ſocietates conjugales multiplicentur, ſtupraque voluntaria imminuantur.

nuantur. Perfectionum incrementum eſt ſummus civitatis finis, imminutis vero ſtupris voluntariis, hic finis promovetur. Dummodo non utatur, quo deſtituitur jure cogendi ad conſequendum hunc finem, qui tantum conſilia et hortationes admittit, ſi quidem ſecundum jus naturae homini competunt jura cogendi boni conſervandi non augendi ergo. Vae itaque principibus! vae civitati qui ſtuprorum poenas pro unico habent remedio, quo ſubditos ad legitima connubia trahere et in illis, caelibatus illegitimique coitus ſtudium exterminare ſibi perſuadent! Inſpiciatis quaeſo antiquiſſimorum populorum codices, Hebraeorum, Perſarum, Athenienſium, Spartanorum, Romanorum, et diſcite ex illis, quomodo impedimenta legitimi connubii tollenda ſunt, curate ut ſubditi melius educentur, ut iis qui civitatis adminiſtrant negotia largis ſalariis fruantur, ut ruſticus, civis, ſe uxoremque alere poſſit, deſiſtite abſorbere illorum vires, ſortitionibus vulturiis, poenis injuſtis pecuniariis, quae modum excedunt, ne opprimite illos innumerabilibus et perpetuis tributis, docete veſtro exemplo, veſtra vivendi ratione, connubia felicia eaque liberis inſignia vobis eſſe deliciis, curae cordique, hae utique actiones non poenae ſtupri ſunt ſubjectionis contractui conſentaneae.

§. 95.

§. 95.

Audio quidem exceptionem ſtuprorum poenas, non ſolum ad ſtatum camerae pertinere, ſed et propter conſtitutionem feudalem (melius anarchiam feudalem) praecipue cum ſimul ſint fructus jurisdictionis patrimonialis, non facile poſſe abrogari, ſi princeps etiam eas abrogatas vellet. Sed huic vere obſtat juris publici univerſalis, legibus poſitivis haud abrogatum, ſaepiſſime potius, praeſertim ſi privatae principis utilitati inſerviebat, applicatum principium:

*In colliſione ſalutis publicae et privatae illa huic eſt praeferenda.*

## Sectio IV.

## DE STVPRI VOLVNTARII JVDICIO CIVILI.

§. 96.

Cum judicium ſit multiplicis ſignificatus vocabulum, hic praecipue denotat actionem et proceſſum. Explicanda ſunt itaque jura quae ſtupratori, ſtupratae, infantique ex ſtupro nato competunt.

§. 97.

Jus naturae ea tantum ſtupratae tribuit jura, quae forſan ex pactis contractui ſuper ſtuprum voluntarium inito, adjectis fluunt. Deficiente ſatisfactionis promiſſione, ceſſat jus illam exigendi. Simili modo jus naturae ignorat jus cogendi, ad alimenta et educationem liberorum vel in matrimonio vel extra matrimonium natorum. Id jam *Grotius* ſtatuit *a*) et nuper *Hufeland b*) evidenter probavit. Interdum neutiquam negari poteſt, quin leges poſitivae hanc in ſtatu extraſociali obligationem imperfectam, in perfectam poſſint mutare.

*a*) De jure belli et pacis L. 2. C. 7. §. 4.

*b*) Lehrſaezze des Naturrechts pag 152.

§. 98.

Ut autem cogitationes meas certo ordine proponam, nec ſermonis mei filum amittam, neceſſe erit juribus ſtupratae et infantis et ſtupro nati a ſe invicem divulſis, quaelibet ſeparatim tractare.

§. 99.

Plerumque ſatisfactio quae ſtupratae a ſtupratore praeſtatur, nomine dotis venit. Dos autem jure romano quo hodie ex plurimorum doctorum opinione utimur in foris Germaniae, eſt jus marito in rebus et quantitatibus certis

per

per conventionem et ſubſecutam traditionem conſtitutum ad onera matrimonii ferenda. Dotem autem quae ſtupratae praeſtatur, dotis nomine non mereri, eſt in propatulo. Quae igitur ſit, inter doctores non convenit. Mea quidem ſententia recte Bardilus *a*) eam judicat eſſe vinculum juris quo adſtringitur, qui foeminam honeſtam, ſine promiſſione matrimonii vitiavit, ſi ducere eam vel non vult, vel non poteſt, ut loco ejus, quia ad id tenebatur, ei certam quantitatem dotis nomine praeſtet, quo facilius et nubendi conditionem inveniat et habeat pudicitiae velamen. Niſi me animus fallit, haecce conſuetudinis origo forſitan in majorum noſtrorum moribus eſt quaerenda, quibus dotem non uxorem marito, ſed uxori maritum obtuliſſe conſtat.

*a*) De ſatisfactione ſtupratae. Tubing. 1685.

§. 100.

Quod attinet ad ſtupratae ſatisfactionem, praeprimis eſt notandum, an ſit ſtuprum voluntarium commiſſum ſub matrimonii ſpe, vel non. De priori caſu nunc, de poſteriori poſthac tractare praeſtat.

§. 101.

Quod ſi ſtuprator ſtupratae promiſerit conjugium vel ante, vel inter, vel poſt coitum, tenetur ſtare promiſſo

*a)* imo poteſt carcere vel multa pecuniaria ad nubendum cogi *b)*. Quum autem ſtuprator peracta benedictione ſacerdotali vel conſummato coitu decedat, tum ſtuprata una cum ſuo infante in ſtupratoris bona immittitur et alimenta ei praeſtantur *c)* adeoque nuptiae ſunt invalidae quae ſtuprator cum alia foemina inivit *d)*.

*a)* Stryck uſus mod. π. ad L. Jul. de adult: §. 20. Hert. Vol. 2. deciſ. 872. de Lyncker deciſ. 1000.

*b)* Arg. C. 30. X. de ſponſal. Carpzov jurisprud. Conſiſt. L. 2. def. 282. num. 9.

*c)* De Lyncker reſol. 169. et 321.

*d)* Berlich part. 4. concl. 25. num. 67. Schilter prax. juris. Rom. in foro Germ. exercit. 36. theſ. 62.

§. 102.

Ut autem ſtuprator ſtupratam in uxorem ducere, cogi poſſit, promiſſio conjugii ab illo facta indubitata eſt neceſſe. Nullum producunt obligationem clauſulae: Er wolle der Sache ſchon Rath ſchaffen *a)* er wolle ihr für allen Schaden gut ſeyn *b)* wenn daraus etwas entſtehen ſollte, iſts auch fragenswerth ob ich dich heyrathen wolle *c)* Clauſulae vero: Ich will keine andere nehmen als dich *d)* ich will dich nimmermehr verlaſſen e) ich will dich wieder zu Ehren bringen *f)* omnino involvunt matrimonii promiſſionem.

*a)* Bardilus loc. cit. Pars poſt. num. 9.

*b)* Hert.

b) Hert. Vol. 2. deciſ. 873.

c) Carpzov. P. 4. Conſt. 20. def. 9. num. 4.

d) Arg. Cap. 30. X. de ſponſ. Bardilus loc. cit. Pars. poſter. num. 10.

e) Beſold conſilia. Tubing. 261.

f) Müller diſſ. de jure praegnant Cap. 8. theſ. 11.

## §. 103.

Sin inter ſtupratorem et ſtupratam tantum de conjugio eſt tractatum, antequam ſtuprum ſecutum ſit, absque dubio manet ſtupratori electio an ducere an dotare velit ſtupratam. *a)* Contrarium adeſt, ſi quidem ſtuprator ante coitum matrimonium promiſerit, in coitu autem expreſſe declaraverit ſe huncce non ex intentione conjugii peragere b). Unumidemque tamen eſt, an ſtuprator bona vel mala fide inierit ſponſalia, quia dolus a ſtupratore commisſus foeminae neutiquam poteſt eſſe praejudicio *c)* Merito quoque textus juris Canonici C. 26. X. de ſponſalibus ad *Innocentii* errores nummeratur *d)*.

a) Beſold P. 6. conſ. 261. num. 10.

b) Bardil. loc. cit. num. 17.

c) L. 12. π. de dolo malo L. 3. π. de transact. L. 2. §. 1. π. de reb. cred.

d) §. 20. Inſt. de legat. L. 9. §. 1. π. de cont. emt. Bardil. l. c. num. 25.

§. 104.

§. 104.

Requiritur, ut ſponſalia legaliter probentur. Probantur autem ſtupratoris propria confeſſione, teſtibus habilibus, documentis, juramento quod partim a judice tanquam juramentum ſuppletorium vel purgatorium, partim a ſtuprata pro re nata poteſt deferri ſtupratori *a*) indiciis et praeſumtionibus *b*) quae quidem indicia non remota ſed proxima eſſe debent. *c*)

*a*) Boehmer jus eccleſ. prot. Tit. de jurej. §. 61. Ludovici Einleitung in den Conſiſtorial-Proceſs Cap. 15. §. 14. Leyſer med. ad π. ſpec. 135. med. 8.

*b*) Stryck tract. de prob. ſpon. §. 36. 38. 40. 42. 43.

*c*) Bardil. de ſatisf. ſtuprat. pars poſt. n. 36. Müller diſſ. de annulo pronubo theſ. 14. Leyſer med. ad π. ſpec. 290. med. 7.

§. 105.

Quod ſi contingat, ut ſtuprata ſponſalia aſſerta vel non probet, vel non indicia ſufficientia ſponſaliorum adſint ſtuprator a judicio abſolvitur quamvis ad dotandam foeminam teneatur.

*a*) Beſold conſ. Tubing. 261. n. 34. de Lyncker Vol. 1. reſp. 166. n. 1. Bardil. de ſatisf. ſtuprat. par. poſt. n. 58.

§. 106.

Sin autem ſtuprata allegata ſponſalia ſemiplene probaverit, fas eſt eam admittere ad juramentum ſuppletorium, quo

quo praeſtito ſtuprator ad nubendum adigitur. *a*) Quaeritur, an juramentum reo de ſtupro delatum, praecipue ſi ſponſalia concurrant, acceptatum et adjudicatum a Conſiſtorio in ſuppletorium poſſit mutari, ſi actrix ante ejus praeſtationem ſtuprum ſemiplene probet? Nonnulli negant hancce quaeſtionem, propterea quod ſint jura partium, quae curare haud debeat judex, quod juramentum delatum poſt acceptationem revocari, modusque probandi mutari nequeat, quod ſtuprata ſit perſona infamis, adeoque ſuppletorium praeſtare non poſſit, quod juramentum deferatur animo tranſigendi, quod per rem judicatam jus quaeſitum habeat reus, quod ſuſpicio perjurii elidatur juramento judiciali etc. alii vero majori affirmant jure quaeſtionem *b*) praecipue quod judicis officio et arbitrio ea ſint relicta, quae ad indagandam cauſſae controverſae veritatem faciunt, quod in praeſtandis juramentis judex conſcientiae rationem habere debeat, ne committatur perjurium, quod ab iis quoque injuſtitia committatur, qui ſi poſſunt non propulſant injuriam, quod perjurium ſit delictum, delicta autem non debeat judex permittere ſed potius punire, quod ſuſpectus de perjurio non facile ad juramentum admittatur. *c*)

*a*) De Lyncker dec. 459. Leyſer med. ad π. ſpec. 141. med. 4.

*b*) Berger oeconom. jur. Lib. IV. §. 1. n. 6. Wernher obſ. for.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0079-7

P. VIII. obſ. 377. Carpzov conſt. elect. P. I. def. 4. n. 5. De Berger elect. proc. matr. §. 29. pag. 305.

c) Thomaſii problema juris matrimonialis, an juramentum reo de ſtupro delatum acceptatum et adjudicatum a Conſiſtorio in ſuppletorium mutari poſſit, ſi actrix ante ejus praeſtationem ſtuprum ſemiplene probet. Lipſiae 1746.

## §. 107.

Variis ex cauſis tamen ſtuprator nuptias premiſſas cum ſtuprata non tenetur conficere. Ad illas pertinent ſumma perſonarum inaequalitas *a*) (quod nonnulli negant,) ſtupratae meretricia vita, *b*) deficiens parentum conſenſus, ſi ex ratione ſufficiente recuſatur ſuſpecta, *c*) et probata ſtupratae conſuetudo cum aliis, *d*) proximior propinquitas. *e*)

*a*) Carpzov Jurispr. Conſ. Lib. 2. def. 9.

*b*) Stryck uſus mod. π. Tit. ad L. Jul. de adult. §. 29.

*c*) Lauterbach coll. theor. pract. ad π. Tit. de ſpon. §. 14. Boehmer introd. in jus digeſt. hoc tit. §. 14. Quiſtorps Beytraege zur Erlaeuterung verſchiedener, mehrentheils unentſchiedener Rechtsmaterien. Roſtok und Leipzig 1787. No. XIX.

*d*) Hert. Vol. 2. dec. 872.

*e*) Bardil. loc. cit. P. poſt. n. 43.

## §. 108.

Hactenus de ſtupro ſub matrimonii ſpe. *a*) Nunc de ſtupro, ubi ſponſalia deſunt. Jure communi hodierno manet ſtupratori electio, an ſtupratam vel ducere vel dotare

velit,

velit, unum tamen eligere oportet *b)* ſin vero utrumque recuſet vel abſens ſit, jure petere poteſt, ut tam diu in bona ſtupratoris immittatur, aut ſi talia in praeſentia non poſſideat, vt de bonis in poſterum ab eo acquirendis ipſi proſpiciatur, donec illi ſatisfactum. *c)* Haecce ſatisfactio obtinet, licet ſtuprata impraegnata non ſit *d)* excepta ſtupro attentato, *e)* ſi foemina jam antea ab alio erat impraegnata, *f)* ſi vidua, *g)* (§. 3.), ſi ſtuprata a ſtupratore blanditiis, perſuaſionibus, precibus, promiſſionibus donationibus, inſidiis et dolo fuerit ſeducta, *h)* ſive ſit dives, ſive nops, ſive nobilis, ſive ignobilis, ſive humili, ſive ampliſſimo genere nata. *i)*

*a)* de Ludewig diſſ. different. juris romani et germanici in ſtupro ſub matrimonii ſpe. Halae 1748.

*b)* Stryck in uſu mod. π. ad L. Juliam de adult. §. 20. Lauterbach collegium theor. pract. ad π. Tit. ad L. Jul. de adult. §. 42.

*c)* Engau in deciſ. P. III. Sect. II. dec. XLVII.

*d)* Canngieſſer in dec. ſum. provocat. ſent. T. II. dec. 307. Hommel Rapſod. obſ. 878.

*e)* Cap. I. X. de adult. Berlich P. 5. concl. 38. num. 70.

*f)* Wernher ſelect. obſ. for. Vol. V. obſ. 135.

*g)* Lauterbach colleg. theor. pract. ad π. Tit. ad L. Jul. de adult. §. 44. Stryck uſus mod. ad π. tit. eod. §. 20.

*h)* Harpprecht ad §. 4. Inſt. de publicis jud. num. 96.

*i)* Cramer in obſ. juris univerſ. T. III. obſ. 892. Bardil. loc. cit. Cap. 3. membr. 3. num. 77.

§. 109.

Si ſtuprator in dote ſolvenda moram nectit, ad matrimonium ſimpliciter cogi poteſt. *a*) Idem obtinet, ſi ſtuprator nulla poſſidet bona. *b*) Sin vel cum alia foemina jam nuptias inierit *c*) vel cum pluribus foeminis coitum exercuerit *d*) vel mortem obierit *e*) vel facto tertii impeditus ſit, quo minus ſtupratam nuberet *f*) vel ſtuprata alii nupſerit *g*) haec ſolummodo dotationem petere poteſt.

*a*) Wernher Tom. III. P. II. obſ. 374.

*b*) Lauterbach l. cit. Tit. ad L. Jul. de adult. §. 46. Boehmer I. E. P. de adult. §. 11. et 12.

*c*) Leyſer med. ad π. ſpec. 583. med. 5.

*d*) Berlich P. 5. concl. 38. num. 100.

*e*) Stryck uſus mod. π. tit. de adult. 22. §. 22.

*f*) Leyſer l. c. ſpec. 583. med. 5. et 6.

*g*) Wernher obſer. for. obſ. 212. n. 6. et 7. Vol. IV.

§. 110.

Ne ad dotationem quidem ſtuprator tenetur, ſi foemina vel vidua cum maſculo ſtuprum commiſerit, quocum nuptias conficere vetitum eſſe ſciverit *a*) ſi ſtuprata fuerit meretrix, *b*) ſi foemina jam erat impraegnata, cum ſtuprator ſtuprum exercuit *c*) ſi ſtuprata durante proceſſu alicui vel nubet, vel ſtuprum iterum eſt paſſa vel meretriciam degat vitam, *d*) ſi ſtuprata ſtupratori ſolemnia nuptiarum recuſet, *e*) ſi ad ſtuprandum pellexerit, *f*.) ſi ſtuprator

prator

prator convento pretio puellam ſtupraverit †) nec minus, ſi cum ſtupratore de dotis quanto transegerit *g*) vel illam remiſerit. *h*) Quae quidem transactio et remiſſio ſive ſit expreſſa ſive tacita nil refert.

*a*) Wernher ſel. obſ. for. Vol. III. obſ. 244. Berger. elect. proc. mat. §. 8. de Lyncker reſol. 169.

*b*) Stryck uſus mod. π. tit. ad L. Jul. de adult. §. 29.

*c*) Berlich P. 5. concl. 38. n. 40. Carpzov. prax. crim. quaeſt. 68. num. 76. Boehmer I. E. P. tit. de adult. §. 11.

*d*) §. 33. I. de actionibus. Leyſer l. c. ſpec. 583. Coroll. 1. Richter deciſ. 88. n. 21. Wernher obſ. for. obſ. 212. num. 5. et 6.

*e*) Stryck uſus mod. π. tit. ad Leg. Jul. de adult. §. 22. Richter deciſ. 88. num. 25.

*f*) Leyſer l. c. ſpec. 583. med. 12. de Lyncker deciſ. 1000. Boehmer I. E. P. tit. de adult. §. 11.

†) Stryck loc. cit. tit. ad Leg. Jul. de adult. §. 22. diſſentit Hommel Rhapſ. obſ. 878. quum ſolum pretium impudicitiae acceptum meretricem non faciat.

*g*) Leyſer loc. cit. ſpec. 583. in coroll. 3. pag. 174. L. 18. C. de transact. Lauterbach coll. theor. pract. ad π. tit. de transact. §. 24. Hopp. ad §. 2. Inſtit. de poen. tem. litig.

*h*) L. 29. C. de pactis. Berlich P. 5. concl. 38. num. 66.

## §. 111.

Clerici ab obligatione ſtupratam dotandi vel in uxorem ducendi neutiquam eximuntur. *a*) Actio quoque ex ſtupro contra heredes datur *b*) quibus ipſis optio inter matrimonium et dotem nec deneganda videtur. *c*)

a) Boehmer I. E. P. tit. de adult. 11.

b) Leyſer l. cit. ſpec. 583. med. 13.

c) Leyſer l. c. ſpec. 583. med. 14.

§. 112.

Dos ſtatim poſt delictum commiſſum eſt ſolvenda, *a*) ut tempus nuptiarum non ſit expectandum, nec reſtituitur, ſi vel maxime nunquam matrimonium ineat ſtuprata, debetur, ſi vel maxime moriatur, antequam nubat, adeo ut in infantem heredesque alios eam transmittat, *b*) excepto caſu, ſi ſtuprata ante condemnationem ſtupratoris moriatur. *c*)

a) Lauterbach l. c. T. III p. 1031.

b) Boehmer l. c. T. V. tit. XVI. §. 8.

c) Wernher ſelect. obſ. obſ. 33. Vol. 4.

§. 113.

Dotanda autem duntaxat a ſtupratore, a quo jacturam pudicitiae paſſa eſt, qui facto ſuo ad ſatisfactionem obligatur, non pater ejus, ſi forſan ſtuprator diſceſſit et inops ſit, neque enim patri onus damni reſarciendi a filio per delictum dati, imponendum. *a*) Imo pater dotem hancce ne a legitima filii quidem ſolvere tenetur, *b*) attamen judex ſtupratoris parentibus poteſt inhibere, ne aliquid de filii portione hereditaria exſolvant. Dos tandem ſolummodo competit ſtupratae, non ejus parentibus, quibus datur actio injuriarum contra ſtupratorem *c*).

a) Boeh-

*a*) Boehmer l. c. T. V. Tit. XVI. §. 11.

*b*) Mollenbec. de dote ſine matr. Sect. II. §. fin.

c) Bardii. l. c. Cap. 3. Memb. 3. num. 1. 2. 3.

## §. 114.

Quantitas dotis, cum lege non determinetur, aequo judicis arbitrio relinquenda; *a)* judex enim reſpicere debet, ad eam quantitatem, quam pater dediſſet, unde communis fere D. D. opinio quod juxta conditionem patris ſtupratae dos aeſtimanda, quam ille dediſſet vel dare conſueviſſet. Si vero pater plane nullam dotem ob inopiam dare potuiſſet, nihilo minus tamen dotanda et quantitas ex bonis ſtupratoris ita determinanda, ut cum hac maritum invenire poſſit. Si virgo ſit venuſta, honeſta atque formoſa, quam pater paucis dotare potuiſſat, quia ut loqui amant, ſaepe facies pro dote. Sane huic etiam major dos a ſtupratore praeſtanda, quam pater dediſſet. Viduae honeſte viventi, ea quantitas erit praeſtanda, quam ante accepit, et pariter ea eſt dotanda, quae ſine dote occaſionem nubendi invenit, *b*) praemiſimus enim, debitum hocce, quod vitiatae hodie praeſtandum eſt, non eſſe veram dotem.

*a*) Arg. L. §. 1. π de jure de lib.

*b*) Abraham Kaeſtner de dote a ſtupratore ſtupratae praeſtanda. Lipſiae 1745.

§. 115.

§. 115.

Nonnullis in Germaniae provinciis extat conſuetudo, vi cujus ſtupratori nulla eſt electio, inter matrimonium et dotem. Praecipue in terris Brandenburgico — Onolzbacenſibus, quilibet ſtuprator ad ducendum cogitur et immittitur ſtuprata in bona abſentis et contumacis, praeſens vero carcere ad connubium adigitur, et ſi in contumacia perſeveret, invitus per miniſtrum eccleſiae copulatur. Quae quidem conſuetudinis juſtitia noſtris temporibus valde in dubium eſt vocata *a)*.

*a)* Cella von Zwangscopulationen. Erlangen 1783. Anſpach 1784.

§. 116.

Probatio ſtupri difficillima eſt ac nunquam fere directe per teſtes et documenta perficitur. Itaque plerumque jusjurandum defertur, ſed cum haec via raro ad ſcopum perducat, merito relinquitur, probatioque artificialis per conjecturas praeferenda, quae quamvis primo intuitu videantur infirmae, tamen complexu ſumtae, aliquando jurejurando ſuppletorio aut ſaltem purgatorio, locum faciunt, ex quo poſteriori actrix plus fructus quam ex delato capit. Exceptio fornicationis non niſi per indicia graviora probatur, quod ſi ſtuprator conjecturas leviores tantum proferat, neque jusjurandum decernitur, neque poteſt propter illas deferri, ſed rea confeſtim abſolvitur, praeſtat autem, loco exceptionis

tionis fornicationis exceptionem vitae impudicae actae opponere. *a.*)

*a*) Leyſer l. c. ſpec. 583. med. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

## §. 117.

Reſtat, ut etiam de ſatisfactione illius tractem, quem ſtuprata injuſte ſtupri accuſavit. Datur autem huic praecipue actio injuriarum, quae eſt vel deprecatoria, vel recantatoria, vel aeſtimatoria vel criminalis. *a*) Quod ſi actio inſtituatur criminalis et forſitan actio injuriarum ad recantationem cum illa cumuletur, ex unanimi doctorum ſententia foemina ſtupri aliquem inculpans ad palinodiam ſeu recantationem tenetur non ſolum, ſed et inſuper fuſtigatione, relegatione, aut alia quadam poena arbitrio judicis imponenda, coerceri poteſt. *b*) Exaſperatur haecce poena, ſi diffamatio in loco publico eſt evomita, *c*) ſi inculpatus dignitate et honore ſit ſublimior, *d*) ſi accuſatus ſtudioſus. *e*) Ceſſat autem omnis poena, ſi foemina coitum probaverit, *f*) ſi accuſatus praeſtiterit juramentum purgatorium, *g*) ſi dolus et animus injuriandi deſit, *h*) ſi denique errorem excipit ſtuprata. *i*) Iisdem juribus gaudent foeminae.

*a*) Carpzov praxis Crim. quaeſt. 96. num. 50. Stryck uſus modern. ff. tit. ad L. Jul. de adult. §. 19. Lauterbach colleg. theoret. pract. ad ff. T. III. pag. 872.

*b*) Carpzov Conſt. P. IV. Conſt. 45. def. 3.

 *c*) Arg.

c) Arg. §. 9. Inſt. de Injur.

d) Stryck diſſ. de deſign. patris a matre infant. fact. Cap. 4. n. 8. et 9.

e) Stryck cit. l. n. 10.

f) Stryck cit. l. n. 12.

g) Stryck cit. l. n. 15.

h) Stryck cit. l. n. 17.

i) Stryck cit. l. n. 18.

§. 118.

Stuprum a ſponſo ſponſave ante ſponſalia commiſſum cum alia aliove, et tempore ſponſaliorum, ſponſae ſponſove ignotum juſta cauſſa repudii eſt. *a)* Divortium, ob ſtuprum mariti ante nuptias commiſſum non permittetur, *b)* ſponſa vero ab alio antea ſtuprata, impraegnata et gravida reperta locum praebet divortio. *c)* Imo maritus qui uxorem ſuam, virginem non fuiſſe invenit, quum duceret, etſi infantem enixa non ſit, nullum tamen matrimonium declarari, recte petit. Nec juvat uxorem, quod matrimonium per aliquot annos duraverit, ipſaque in ea honeſte vixerit. *d.)*

a) Hommel Rhapſod. obſ. 400.

b) Carpzov P. IV. Cap. 20. def. 13.

c) Hommel l. c. obſ. 72.

d) Leyſer Vol. V. ſpec. 315. Med. 11. et 12.

§. 119.

Abſolutis jam juribus quae competunt ſtupratae ſtupratorioe, ſequuntur jura liberis ex ſtupro natis debita, jura qui-

quibus gaudent ſtuprator et ſtuprata intuitu horum liberorum. Jure romano liberi ex ſtupro nati erant *nothi*, ſpurii autem ſeu vulgo concepti dicuntur qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum, quem habere non licet. Inprimis jus Germanicum, praeſertim jus Saxonicum illegitimis cujuscunque generis eſt inimicum, dum eos hominibus valde abjectis annumerat, et omni juris commercio privat. *b*) Hodie autem ſpurii non amplius habentur infames, jusque Saxonicum eatenus tantum adhuc obtinet, quatenus moribus legibusque contrariis non ſublatum. Praecipue imperii noſtri principes ſerio caverunt, ne ſpurii antea legitimati, ab opificiis arceantur. *c*) Jure itaque aſſeri poteſt ſpurios legitimatos habere famam integram iisque levis notae maculam non eſſe aſpergendam ideoque quatenus leges et ſtatuta, vel mores publici a principe comprobati non obſtant, omnibus juribus cum bona exiſtimatione conjunctis, uti fruique. Sic connubium ineunt legitimum, ſobolem gignunt legitimam, poteſtatem parentalem in liberos inde ſuſceptos exercent, tutelas et munera publica gerere, teſtamenta facere et heredes in teſtamento inſtitui, teſtimonia fide digna perhibere, jusjurandum ab adverſario delatum, vel a judice impoſitum praeſtare, atque alia quae non niſi ab integrae famae hominibus peraguntur facere poſſunt.

*a*) L. 23. π. de ſtatu hom.

*b*) Saechiſch Landrecht, L. I. art. 37. Lib. 3. art. 45.

*c*) Concluſ. imperii d. a. 1731. §. 11.

§. 120.

Stupratori praeter ſatisfactionem ſtupratae praeſtandam incumbit onus alimentationis infantis. *a*) Quae quidem alimenta praeſtantur, ſive ſtuprata fuerit virgo, ſive jam antea corrupta, *b*) ſive mater ſit inops ſive non, *c*) ſive ſtuprator maritus ſive coelebs, ſive ſtuprata virgo vel vidua, *d*) ſive corruptor corruptam in uxorem ducere poſſit ſive non, *e*) ſive ſtuprata jam alii nupſerit nec ne, *f*) ſive denique ſtuprata a ſponſalibus receſſerit, *g*) ſive mercedem pro coitu acceperit. *h*)

*a*) Lauterbach coll. theor. pract. T. III. p. 1032.

*b*) Carpzov prax. crim. quaeſt. 68. num. 118.

*c*) Bardil. de ſatisf. ſtuprat. Caput. 3. membr. 7. n. 30.

*d*) Lyncker reſol. 169.

*e*) Bardil. l. c. membr. 7. num. 29.

*f*) Wernher ſel. obſ. for. Vol. 3. obſ. 72.

*g*) Leyſer med. ad π. ſpec. 294. med. 3. et 4.

*h*) Carpzov prax. crim. quaeſt. 68. num. 105. et 124. 125.

§. 121.

Si quis coitum cum foemina fateatur, plures vero cum ea rem habuiſſe excipit, infanti durante lite ad alimenta prae-

praeſtanda omnino tenetur, ſi ex eo coitu pro temporis computatione infans vere naſci potuerit *a*) ſtupratori interea eſt electio an alimenta in nummis praebere vel infantem ipſum in domo ſua educare velit, *b*) attamen matri alimentis renuncianti partus eripi haud poteſt. *c*.)

*a*) Wernher obſ. ſel. for. T. I. P. I. obſ. 63.

*b*) Hommel loc. cit. obſ. 416.

*c*) Ille loc. cit. n. 4.

§. 122.

Patre mortuo vel inope, avus paternus, non niſi ſpurium in ſubſidium, quanto mater ejus ſit inops, alere tenetur, *a*) mater vero ratione alimentorum praeteritorum actionem negotiorum geſtorum habet, ratione futurorum implorationem judicis. *b*) Recte tamen ſtatuit Quiſtorp, *c*) patrem niſi heres ſit filii, vel vitae occaſionem praebuerit diſſolutae, ad alimenta filii liberis extra matrimonium genitis, praeſtanda minime teneri.

*a*) Wernher T. I. P. I. O. 134.

*b*) JCti Tubing. Vol. II. Conſ. 65. n. 64.

*c*) Loco cit. 1. Stück n. V.

§. 123.

Stupratae quae in judicio falſum prolis patrem nominavit, obſtat, ſi a vero patre alimenta petat, exceptio contrariae confeſſionis, nec audiantur replicae, ſe precibus

aut

aut pretio commotam, verum tacuiſſe, nam judicialis confeſſio etiam in alio judicio facta, revocari nequit. Enim vero ſi proli tutor conſtituatur, huic, alimenta prolis petenti, confeſſio matris objici nequit, ſed praeſtandum a reo jusjurandum, ſi id ſuper coitu ſit delatum. Sin autem non in judicio, ſed tantum coram parocho confeſſa fuerit, nec amplius quid niſi fictum patris nomen libris baptismalibus inſeri curaverit, haec confeſſio illi non nocet, uti tradit Hommel qui ſimul addit, quamvis in facultate Lipſienſi hae regulae huc usque valuerint, ſe tamen aliter ſentire et falſi patris nominationem in cauſſa civili, ex ſua ſententia verum patrem ab alimentis partui praeſtandis minime liberare. *a*)

*a*) Hommel l. c. obſ. 217. 597.

## §. 124.

Sola mater non infans, alimenta infanti ſuppeditata, a ſtupratore poteſt repetere, *a*) attamen, illae aeſtimantur pro neceſſitate tantummodo a judice, *b*) quae quidem quantitas alimentorum pro modo facultatum ejus qui ad ea obſtrictus eſt, definienda. *c*) Illuſtribus perſonis lautiora alimenta debentur, et quidem non ſolum illis ſed et earum famulis. *d*) Miratus ſum praecipue legem recens in Dania promulgatam, vi cujus ſpuriorum patres alimenta, quae dare haud valent, in ergaſtulo adſtringuntur acquirere *e*)

*a*) Ber-

*a*) Berger oecon. Jur. L. III. T. XI. th. 4. n. 7.

*b*) L. 5. §. 14. π. de agnos. et al. lib.

*c*) JCti Erford. apud Schorch n. 281.

*d*) JCti Tubing. Vol. VIII. c. 82. n. 91. 100.

*e*) Geſchichte der gegenwaertigen Zeit. Strasburg 1791. Nro. 103. pag. 404.

## §. 125.

Ad alimenta conſequenda datur ſtupratae et infanti actio de partu agnoſcendo et negotiorum geſtorum. *a*) Actio de partu agnoſcendo cum petitione hereditatis atque actione alimentaria, eodem libello recte cumulatur, *b*) neutiquam vero patri ſumtus legitimationis per Comitem Palatinum poſſunt decerni, uti ſentit Berger, *c*) cum ille ad alimenta naturalia ſolummodo ſit adſtrictus. *d*)

*a*) Berger l. c. L. 3. T. 11. §. 4. not. 7.

*b*) Ille l. c. L. I. t. III. §. 15. n. 13.

*c*) Oeconom. juris l. c. n. 14.

*d*) L 4. π. de agnoſ. et al. liber. Wernher obſ. for. Vol. 2. obſ. 49.

## §. 126.

In liberos ſpurios patri jure civili nulla competit patria poteſtas, quae tantummodo in liberos legitimos eſt conceſſa *a*), nihilominus tamen, quamquam liberi illegitimi ſunt patres familias, parentibus ſuis debent reverentiam et obſequium, quibus obligationibus nonnulli inſunt effectus,

ctus. *b*) Stuprator autem acquirere vario modo poteſt patriam poteſtatem. Subſequente matrimonio, legitimatione liberorum, adoptione. *c*) Si matrimonium inter ſtupratorem et ſtupratam ſequatur, infans ſemper habetur pro legitimo, licet ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem ſit natus. *d*)

*a*) Arg. §. 10. Inſtit. de adopt. §. 3. Lauterbach coll. theor. pract. T. I. pag. 92.

*b*) Stryck uſus mod. π. tit. de obſequio parent. §. 2, 3.

*c*) L. 11. Cod. de natur. liber.

*d*) Boehmer introd. in jus digeſt. de ſtatu hom. §. 5.

## §. 127.

Ad legitimationem per ſubſequens matrimonium requiritur, ut pater cum matre liberorum legitime contrahet, an ſit primum aut ſecundum nil refert, deinde ut matrimonium ſit legitimum et inter perſonas, quae licite matrimonio jungi poſſunt, ut matrimonium rite poſſit probari, cui probationi interdum inſervit, ſi liberi, qui ſunt ejus aetatis qua poſſunt intelligere, quid agatur, matri in copula ſacerdotali adſtent eamque veſtitu teneant, Mantelkinder dicti, porro, ut matrimonium jam tempore ſtupri commiſſi poſſet eſſe legitimum, utque conſentiant liberi legitimandi, quippe non inviti redigantur in patriam poteſtatem. Exiſtentibus hiſce requiſitis, liberi legitimati, liberis legitimis

timis plenarie aequiparantur *a*) ita ut illis neque teſtimonia natalitia: daſs ſie von ehelichen frommen Eheleuthen, aus einem ehelichen unbeflekten, untadelhaften Ehebett herkommen, gezeugt und gebohren, poſſint denegari, neque a receptione in collegia excludi. Succedunt parentibus cum reliquis legitime natis tanquam ſui et aliis agnatis et cognatis tanquam legitimi ita, ut teſtamenrum patris, in quo praeteriti, reddant nullum, et inique exheredati per querelam inofficioſi teſtamenti illud impugnent, omnis abolitur, ſi quae fuerit macula, admittuntur ad jus civitatis, doctoris, magiſtri, clericorum ac aliorum officiorum dignitates, eliguntur in epiſcopos, conſequuntur patris dignitatem, v. g. nobilitatem ac plena domus et familiae patris arma. Dubitant vero JCti, num legitimati ad aſſeſſoratus in camera imperiali et conſilio imperii aulico dignitatem adſpirare poſſint propter verba: †) desgleichen ſollen die Beyſizzer alle eines ehrbaren Weſens, auch rechter natürlicher ehlicher Geburt ſeyn, et propter ordinationem Judicii aul. de 1654. tit. 1. §. 1. Jure Canonico et feudali videtur quidem abſolutum, per ſubſequens matrimonium legitimatos neque fieri poſſe Cardinales neque ſuccedere in feuda, b) ſed uſuali textus 2. Feud. 26. interpretatione, legitimati per ſubſequens matrimonium adeo ſuccedunt in feuda imperii niſi pacta domus et obſervantia obſtant. Quo

in caſu liberis per ſubſequens matrimonium legitimatis competat jus primogeniturae, praeclare expoſuit Leyſerus. *c*)

*a*) Lauterbach l. c. T. I. pag. 98. §. XXVII.

†) Ord. Cam. P. 1. Tom. III. §. 1.

*b*) Lauterbach l. c. §. 28.

*c*) Loco cit. ſpec. 19. med. 3.

§. 128.

Legitimatio per reſcriptum principis, patre invito facta, neque tribuit liberis jura paternae domus, neque patri paternalem poteſtatem *a*) quamvis abſtergat natalium ſi quae fuerit turpitudinem. *b*) Omnino illi qui a principe legitimantur ſunt liberis legitimis deterioris conditionis cum neque in feudum ſuccedant, neque nobilitatem et inſignia acquirant, nec cum liberis ante legitimationem natis ad hereditatem paternam admittantur, niſi pater nominatim id voluerit, inſuperque ſucceſſionis expreſſe in privilegio mentio ſit facta: et hoc utroque in caſu obtinet, ſive pater legitimos liberos jam habeat ſive tales non adſint. *c*) De caſu quo liberi legitimi ante legitimationem ſubſequentium liberorum nati, cum his in ſucceſſione paterna atque patris adſcendentium concurrunt, Madihn ſequentes ſiſtit propoſitiones: liberis legitime natis antea exiſtentibus portio legitima ſalva eſſe debet, reſpectu patris, ſi le-

ſi legitimatio liberorum illegitimorum rite procedit, intuitu reliquorum aſcendentium patris, eam ob cauſſam nullam legitimam portionem ſalvam liberi legitimi exigere poſſunt, ſed cum liberis antequam haec legitima delata ſit legitimatis, hanc portionem ſi debetur dividunt. Quamvis tam filiis legitimatis, quam filiis legitimis antea natis, a patre relinquenda legitima portio, tamen utraque ſeparatim erit computanda. Si liberi antea legitime nati cum legitimatis ab inteſtato patri ſuccedunt, illi legitimam portionem praecipiunt, reliquam vero hereditatem omnes ſecundum ordinem edicti ſucceſſorii dividunt. Quando parens teſtatus decedit, filiis tam legitimis quam legitimatis legitimam relinquere tenetur, niſi juſta exheredationis cauſſa adſit, quo caſu illos ab hac portione excludere poteſt. Legitima haec portio filiis legitime antea natis, ex teſtamento patris debetur ſalva, non praecipua. Ex quibus ſequitur filios legitime poſt legitimationem natos, intuitu patris nullam praerogativam in legitima portione pro filiis legitimatis exigere poſſe, intuitu matris vero legitimatorum filiis, legitime antea natis nullam legitimam portionem deberi. *d)* Legitimatis per matrimonium, prae legitimatis per reſcriptum principis debetur legitima praecipua. *d)*

*a*) Boehmer electa juris civilis Tom, I. exerc.XVI.

*b*) Ille loco. cit. §. LXIX.

 c) Hom-

c) Hommel l. c. obſ. 713.

d) Madihn diſſ. de legitime natorum portione legitima in ſucceſſione cum legitimatis, Halae 1755.

e) Breuning diſſ. de ſucceſſione legitimati per reſcriptum principis ſi concurrat cum antea legit. per ſubſequens matrimonium in hereditate paterna. Lipſiae 1779.

§. 129.

Quia liberi naturales patriae poteſtati non ſubſunt, conſtituuntur illis Curatores a) ſed neque liberorum pater, neque mater ſunt ad dotandum filium naturalem adſtricti. b)

a) Inſt. quibus mod. tut. finit. Inſt. de Curat.

b) Stryck uſus mod. π. tit. de jure dot. §. 5.

§. 130.

Liberi non legitimati ſolummodo matri et adſcendentibus maternae lineae ſuccedunt, aeque ac legitimi etjamſi mater alios habeat legitimos et licet ſit perſona illuſtris. Patri vero et paternis aſcendentibus jure romano nullatenus ſuccedunt, a) alimenta tamen naturalia ſaltim moribus noſtris a ſtupratore ſuppetitanda, ex hereditate ejus, filio ſpurio exhibenda ſunt. b) Ideo liberis naturalibus et illegitimatis etiam tantummodo quoad bona materna competit jus retractus gentilitii.

a) Lauterbach l. c. Tom. II. pag. 1083. §. XVIII.

b) Koch de ſucceſſione ab inteſtato. §. 32.

§. 131.

Huic opinioni videtur medii aevi conſuetudo contraria, vi cujus etiam liberi, qui vocantur illegitimi, ita fruuntur legitimorum juribus, ut adeo in regna et principatus ſuccedant, nobilitatem patris impetrent et ſe ipſos nominent *Baſtardos*. *a*) Quae quidem conſuetudo ex ritu in Germanorum nuptiis uſitato, juri Canonico contrario, quod ea tantum matrimonia, quae benedictione ſacerdotali conſumata ſunt, putat legitima, explicanda venit. *b*) Hi baſtardi erant ſub mundiburdio regis qui ſecundum jus baſtardiſae, ipſis ſine prole defunctis ſuccedebat. *c*)

*a*) Fiſcher Probenaechte der teutſchen Bauermaedchen S. 43. 44.

*b*) Grimmeiſen diſſ. de liberis ob deficientem in parentibus benedictionem ſacerdotalem non legitimis, Altdorf 1713.

*c*) Hertling de regal. Palat. §. 10. pag. 48.

§. 132.

Atque hae ſunt, quae pro ingenii modulo et temporis penuria brevibus ſaltim volui proponere. Vitiis carere hujus tractatus periculum non is ego ſum, qui mihi perſuadeam, verum etiam doctrinae tractatae difficultati aliquid condonandum eſſe, confido, qua propter aliorum qualiacunque monita grata mente accipio, et ſi recta probaque cognovero, me ipſo in emendando priorem neminem paſſurum eſſe publice polliceor.



CO-

# COPIA.

*Von Gottes Gnaden Carl Auguſt, HzS. etc.*

Veſte und Hochgelahrte, Raethe, liebe Getreue! Aus der abſchriftl. Anfuge werdet Ihr erſehen, aus was für Gründen Wir Uns bewogen gefunden, die bishero üblich geweſene Kirchenbuſse nach allen ihren Graden und Formalitaeten gaenzlich aufzuheben und abzuſchaffen, und was Wir zn ſolchem Ende an Unſere beyde Ober-Conſiſtoria unterm heutigen Dato verfügt haben.

Gleichwie nun dieſem gemaeſs

1) die geſchwaechte Weibes-Perſon von aller geiſt- und weltlichen Strafe, Koſten- und dem Zwang, ſich in dem verordneten Entbindungs-Hauſs einzufinden, befreyet, hingegen

2 der Stuprator gehalten ſeyn ſoll, vor die geſchwaechte ſaemmtliche Koſten, desgleichen auch die Strafe, welche Wir überhaupt vor beyde auf *acht* Rthlr. beſtimmt haben, wovon die Geiſtlichkeit, nebſt dem Kirchner und Cantor, nach hergebrachter Proportion von jeder Perſon 1 Rthl. 12 gr. mithin von beyden 3 Rthl. ſtatt der ihnen darvon entgehende Gebühren, die übrigen 5 Rthl aber das Entbindungs Hauſs zu Iena bekommen ſoll, zu bezahlen: Alſo begehren Wir hiermit gnaedigſt, Ihr wollet Euch, bey

vor-

vorkommenden Faellen darnach achten, und die Gebühren vor die Geiſtlichkeit an das Ober-Conſiſtorium, die Straf-Gelder aber an die hieſige General-Policey-Direction reſp. abgeben und einſenden. Worbey

3) noch zu gedenken, daſs es in Anſehung des einfachen Ehebruchs auf gleiche weiſe gehalten und nur in ſolchen Fall, die Strafe auf *zwoelf* Rthlr. geſezt Werde, jedoch überall die bishero üblich geweſene Strafe des Gefaengniſſes, der Landes-Raeumung, des Zuchthauſses, Wege Bau-Arbeit und dergl. gaenzlich wegfallen ſolle.

Da aber zugleich

4) in Betrachtung gekommen, daſs ſowohl aus Furcht vor der oeffentlichen Schande und Strafe als auch vor die mit der Ernaehr- und Erziehung des Kindes verknüpffte groſse Beſchwerde und Aufwand, worzu die zeithero pro alimentatione partus beſtimmte wenige Gülden nicht hingereichet, die Schwangerſchafft ſehr offt von den zu Fall gekommenen Perſonen verheimlichet und dadurch nicht ungegründeter Verdacht erreget worden, daſs ſolches aus der boeſen Abſicht geſchehen, um die Frucht abzutreiben, das Kind aber wegzuſetzen — oder wohl gar zu ermorden; Wir aber blos um deswillen die geſchwaechte von aller Strafe und Koſten und der eingebildeten oeffentlichen Beſchimpfung durch die Kirchen-Cenſur befreyet, auch in

Anſe-

Anſehung des Alimentations. Quanti dermalen Vorſehung gethan haben, damit ſie weiter keinen Vorwand und Entſchuldigung der oberwaehnten Verbrechen übrig behalten moegen: So verordnen Wir dargegen, daſs jede zu Fall gebrachte Weibes-Perſon in Zeiten ihre Schwangerſchaft bey der Obrigkeit oder dem Geiſtlichen, welcher ſolches derſelben ſo fort zu melden hat, anzeigen und durchaus nicht verheimlichen, widrigenfalls aber gewaertigen ſolle, daſs ſie ohne Anſehung der Perſon mit Zuchthauſs und anderer harter Leibes-Strafe beleget werde.

Wie denn auch

5.) die Eltern und Geſchwiſtere, die Dienſt-Herrſchaften, Neben-Geſinde, Haus-Genoſſen und andere Perſonen, von welchen vermuthet werden kan, daſs ſie um die Schwangerſchaft einer Perſon gewuſst- und ſolches verſchwiegen haben, eben ſo gut, als die Geſchwaechte dieſerhalben mit harter Leibes- auch wohl Zuchthauſs Strafe, angeſehen werden ſollen.

So viel hiernaechſt aber

6.) die bishero pro defloratione et alimentatione zu erkennen üblich geweſene 3. 4. bis 5. Mfl. anlanget, finden Wir für hoechſt unbillig, daſs dieſe geringe jaehrliche Abgabe in Anſehung des Alimentations-Quanti, immaſsen dasje-

dasjenige, was vor den Cranz oder pro defloratione bishero abgegeben worden, gaenzlich hinweg fallen ſoll, zur allgemeinen Richtſchnur angenommen werde; Setzen und ordnen vielmehr, daſs künftighin bey jedem Fall alle Umſtaende behoerig unterſucht- und ſodann nach dem Verhaeltniſs der Verführung, des Stands und Alters, auch Vermoegens beyder Perſonen, die jaehrliche Abgabe zur Unterhaltung des Kindes nach Pflicht und Gewiſſen ermaeſſiget und beſtimmet werden ſolle.

Gleichwie Ihr nun Euch hiernach überall zu achten wiſſen werdet: Alſo habt Ihr auch die Unter-Obrigkeiten per Circulares hiernach anzuweiſen. An dem geſchiehet Unſere Meynung, und Wir ſind Euch mit Gnaden gewogen. Geben Weimar den 15 May 1786.

*Carl Auguſt HzS.*

An die
Regierung zu Eiſenach.

## COPIA.

*Von Gottes Gnaden Carl Auguſt, HzS. etc. etc.*

Veſte, und Hochgelahrte, Raethe, liebe Getreue, Uns iſt vorgetragen worden, was Ihr zur Erlaeuterung des

 un-

unterm 15 May a. c. wegen Abſchaffung der bisher üblich geweſenen Kirchenbuſse erlaſſenen Reſcripts, in verſchiedenen Anfrags-Puncten zu Unſerer Entſcheidung ausgeſtellet habt.

Da nun zu gleicher Zeit die hieſige Regierung eben dergleichen Bericht erſtattet, und darinne verſchiedene mit dieſen groeſtentheils übereinſtimmende Anfragen gethan, und um gleichmaeſsige Erklaerung und Entſcheidung gebeten: So finden Wir für gut, um der Uniformitaet willen, die Reſolutiones auf ſaemmtliche Anfrags-Puncte zuſammen zu faſſen und zu beyder Collegiorum Nachachtung, in den angezeigten oder aehnlichen Faellen, in ſo weit es nicht einen ganz beſondern Umſtand anbetrifft mittelſt gegenwaertigen Reſcripts, bekannt zu machen. Zufoerderſt aber koennen Wir nicht unbemerkt laſſen, daſs da die Haupt-Abſicht bey der von Uns abgeſchaften - ſo ſehr ausgearteten Kirchen-Buſse, wie aus dem obangeführten Reſcript hinlaenglich erhellet, vornehmlich dieſe gewesen, daſs die geſchwaechte Weibes-Perſonen von der Furcht vor Schande und Strafe, auch von der aengſtlichen Sorge, ihr Kind zu ernaehren, befreyet und deſto mehr von unnatürlichen Verbrechen, Abtreibung der Frucht, Wegſetzung und Ermordung des Kindes abgehalten werden ſollen, die mehreſten der gegen mehrgedachtes Reſcript von Euch eroefnete Bedencklichkeiten und darauf ſich gründende Anfrags-Punckte eigentlich nicht hierher gehoeren, ſondern nach den vorhandenen aelteren Geſetzen und der Obſervanz entſchieden werden ſollte: Denn was

A) den anticipirten Beyſchlaf betrift, ſo faellt darbey ratio legis gaenzlich hinweg, weil die Geſchwaechte durch die Ehe zu Ehren gebracht und verſorgt wird, mithin keines

nes von obgedachten Verbrechen bey ihr zu befürchten iſt, und koennte es alſo bey der bisherigen Strafe ſein Verbleiben haben. Damit aber hierunter eine Gleichheit beobachtet werde, ſo verordnen Wir, daſs dieſes Vergehen, von beyden Eheleuten zuſammen genommen, mit einem Viertel der Strafe des Stupri, mithin mit 2. Rthlr. gebüſset werden ſolle. Eben ſo moechten

B.) bey dem ſtupro reiterato diejenigen liederlichen Dirnen, welche ſich 2. und 3. auch wohl mehrmalen, in Unehren ſchwaengern laſſen, den Nahmen von geſchwaechten Weibs-Perſonen nicht mehr verdienen, auch wohl bey ihnen eine ſo groſſe Furcht vor Schande und Strafe nicht anzutreffen, vielmehr zu unterſuchen ſeyn, ob ſie nicht meretricio more gelebt, und den Stupratorem verführet, als in welchem Fall ſie mit einer angemeſſenen harten Leibes-Strafe allerdings zu belegen ſind, da es hingegen bey der einmahl feſtgeſezten Strafe des Stupratoris ſein Verbleiben hat.

Ferner moechte

C.) bey dem adulterio ſimplici der Fall, daſs die Weibs Perſon der verehelichte Theil iſt, nicht wohl anders eintreten koennen, als wenn das Eheweib von ihrem Ehemann abgeſondert lebt, aber nicht geſchieden iſt, dahingegen, wenn erſtere bey dem Mann iſt, und dieſer vor den Vater des untergeſchobenen Kindes gehalten wird, der Ehebruch nicht anders, als durch Unterſuchung offenbar werden kan, alsdenn aber auch derſelbe geſezmaeſsig zu beſtrafen, hingegen im erſteren Fall, der Stuprator, als pars ſoluta, mit der geſezten poena ſtupri zu belegen, die Weibs Perſon aber dem Befinden und Euerm Ermeſsen nach, mit Geld, Gefaengniſs, oder dem Zuchthauſs zu

beſtrafen, überall aber auf die Condonation und andere Umſtaende Rückſicht zu nehmen iſt. Da auch

D.) wenn die Geſchwaechte einen unbekannten Thaeter angiebt, die ſtaerckſte Vermuthung iſt, daſs darhinter eine Manns Perſon verſteckt ſey, welche die hartnaeckige Verſchwiegenheit der Weibs Perſon theuer erkaufft habe: So hat leztere nicht nur die Strafe und Koſten aus ihren Mitteln zu bezahlen, ſondern es iſt auch dieſelbe, wenn das Kind zur Welt gebohren, denen Umſtaenden nach, mit einer willkührlichen Strafe zu belegen. Hat aber

E.) der Stuprator nichts im Vermoegen, oder iſt aus dem Land entwichen: ſo ſind die Strafe und Koſten bis auf den Betretungs-Fall oder beſsere Umſtaende des Stupratoris zu notiren, wegen künfftiger Verſorgung des Kinds aber darauf der ernſtliche Bedacht mit zu nehmen, daſs im erſtern Fall der Stuprator die Geſchwaechte, wenn zu malen die Ehe verſprochen worden, heyrathen müſſe.

F.) Behaelt das Eiſenachiſche Wayſenhauſs diejenigen 2 Rthlr. welche daſelbe zeithero bey daſelbſt vorkommenden Stuprations Faellen erhoben hat, und werden ſolche von denjenigen 5 Rthlr. welche vor die Ienaiſche Accouchir Anſtalt von der Strafe nach Abzug der Gebühren vor die Geiſtlichkeit übrig bleiben, abgezogen, mithin nur 3 Rthlr. aus dem Fürſtenthum Eiſenach an die General-Policey-Direction alhier eingeſchickt, wovon alſo derſelben Nachricht zu ertheilen iſt. Uebrigens

G.) halten Wir für unnoethig, daſs die Circulares von den Canzeln abgeleſen werden, ſondern glauben, daſs es hinlaenglich ſey, wenn ſolche den Gemeinden behoerig publiciret, und durch das Wochenblatt bekannt gemacht werden.

Endlich kann

H.) ratione termini a quo, die Beſtrafung des ſtupri und adulterii ſimplicis nach der neuen Verordnung, der Billigkeit nach, blos bey gedachten delictis eintreten, welche poſt publicationem legis begangen worden. Wir begehren ſolchemnach gnaedigſt, Ihr wollet Euch dieſes bey vorkommenden Faellen zur Vorſchrifft dienen laſſen, auch dem OberConſiſtorio und reſp. der General-Policey-Direction, quo ad paſſus concernentes, hiervon Nachricht ertheilen.

Andem geſchiehet Unſere Meynung und Wir ſind Euch mit Gnaden gewogen. Geben Weimar, den 13. Iun. 1786.

*Carl Auguſt HzS. etc.*

An die
Regierung zu Eiſenach.

## Additamentum ad §. 79.

Cum autem foemina ſe ab altero conſtupratam et inpraegnatam aſſeverans, ſtuprum ſibi illatum ſive copulam carnalem cum omnibus qualitatibus probare teneatur, *a*) concors omnium DD. eſt traditio, talem deſignationem patri deſignato nullum inferre praejudicium, *b*) ſola inculpatione ſtupri, deficientibus indiciis proximis neque confrontationi *c*) neque inquiſitioni ſpeciali, neque incarcerationi *d*) neque purgatorio *e*) neque condemnationi *f*) locum dari, neque ſponſalia, *g*) neque matrimonia *h*, diſſolvi, neque inculpatos ſi clerici, qui tamen jure canonico

 ſol-

juramentum purgatorium praeſtare tenentur, *i*) ab officio ſuſpendi vel removeri, *k*) ſi laici, a dignitatibus, opificiis, aliisque collegiis, *l*) ſacraque coena neutiquam excludi poſſe *m*)

*a*) L. 2. π de prob. Caput conquaeſtus X. de for. compet.
*b*) Wernher ſel. obſ. for. Vol. 4. obſ. 117. Vol. 3. obſ. 148.
*c*) Stryck diſſ. de deſignat. patris a matre infant. fact. C. 2. n. 30.
*d*) Ille l. c. Cap. 2. n. 29. Carpzov. prax. Crim. quaeſt. 111. num. 27.
*e*) Stryck. l. c. C. 2. n. 95. Bardil. l. c. C. 3. membr. 2. n. 19. Leyſer. l. c. Spec 142. med. 7. Carpzov prax. crim. quaeſt. 96. num. 54.
*f*) Stryck l. c. Cap. 2. num. 43.
*g*) Stryck l. c. Cap. 2. n. 45.
*h*) Ille l. c. num. 46.
*i*) Cap. 5. X. de aduit. can. presbyter cauſ. 2. quaeſt. 4. Stryck l. c. num. 96.
*k*) Stryck l. c. num. 54. Ille diſſ. de ſuſp. ab offic. Cap. 3. n. 47.
*l*) Stryck diſſ. de deſign. patr. Cap. 2. num. 47.
*m*) Lyncker diſſ. de eo quod juſtum eſt circa ſacram coenam, Cap. 5. §. 17.

---

## Errata.

Pag. 4. Lin. 2. pro illuſtrande lege illuſtrando. P. 21. L. 18. pro potiusquae lege potius quae. P. 29. L. 5. pro damnatus lege damnari. P. 33. L. 10. pro aliud lege alia. P. 34. L. 21. pro acordini lege ac ordini. P. 35. L. 4. pro ratis lege ratio. P. 35. L. 8. pro paretibus lege parentibus. P. 35. L. 15. pro Magus lege Magnus. P. 35. L. 18. pro ut unusquisque lege unusquisque. P. 54. L. 3. pro fidem lege finem. P. 54. L. 15. pro id eo lege ideo. P. 57. L. 3. pro miſteria lege miniſteria. P. 57. L. 19. pro meratur lege mereatur. P. 59. L. 23. pro velandi lege vetandi. P. 60. L 14. deleatur ? P. 61. L. 4. pro ſinis lege finis. P. 61. L. 10. deleatur, poſt omnino. P. 64. L. 10. pro hanc ce pone, hancce. P. 64. L. 14. pro practiae lege practicae. P. 65. L. 15. pro ni lege in. P. 75. L. 6. pro excepta lege excepto. P. 75. L. 11. pro nops lege inops. P. 79. L. 14 pro . — , P. 82. L. 24. pro ce pone ve. P. 84. L. 2. pro Saechiſch pone Saechſiſch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0108-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0109-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0110-6

Kp 4201
X 2366417

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0111-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0112-7

THEODORI KRETSCHMANNI

SERENISSIMI DVCIS SAXO-COBVRG-SALFELD. ET SERENISSIMI PRINCIPIS SCWARTZBVRGO-RVDOLST. COMMISSIONVM SECRETARII, AVLAE ET REGIMINIS ADVOCATI

# COMMENTATIO IVRIDICA

DE

# STVPRO VOLVNTARIO.

STVTTGARDIAE

MDCCLXXXXI.

Kp 4201

KOEN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-170688-p0113-2